

I C M

1 6 8 2



~~EX~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

WA 252. VITEBERG.

SIGNAT. CLIOCCCXIII.

72





III. Tabula Regiorum: 13. Possepor hujus libri

13. Johannes Gottlieb  
 13. Michaelis Linck  
 13. Musici: 1082.

Tropus qd  
 vocis a propria  
 significatione  
 m. et: e. l.

primario talis, ut  
 Metaphora,  
 Metonymia,  
 Synecdoche,  
 Ironia.

Figurum

Species  
 Affectiones  
 Metalepsis,  
 Antonomasia,  
 Litotia,  
 Metalepsis,  
 Allegoria,  
 Catachresis,  
 Hyperbole.

transionem ut

Sarcasmo,  
 Diatriba,  
 Charientismo,  
 Apeismus,  
 Mytherismo,  
 Mimesis.

falso ita dictus, pertinens ad

Grammaticam & quodam ad

Etymologiam  
 Onomatopœia  
 Antiphrasis  
 Syntaxin et Hypallage.





III. Tabula SCHEMATUM.

De Excessu s. ab. q. s. i. n. i. n. p. 53.  
 Subicentia. s. defectu ut asyndeton. p. 53.  
 Ellipsis p. 53.  
 abundantia s. excessu ut polyyndeton p. 53.  
pleonasmus. p. 53.  
 reliq. orationis corpore ponas vocem l. p. 54.

anastrophe. p. 54.  
plote.  
synonyma. p. 53.  
exergasia.  
anaphora s. plote.  
epiphora s. plote.  
chiasmus. p. 56.  
anadiplosis.  
epanag..  
epithetis. p. 57.  
chiasmus.  
polyptoton.

Schema s. c. i. e.  
 forma orationis.  
 etc. est vel  
 p. 52.

inventionis  
prolepsis. occupatio p. 60. similem  
hypobole. s. subjectiv..  
anastrophe. s. comunicatio. p. 60.  
paronomasia. s. confessio. 61.  
epitrope. s. concessio.

parionemora. p. 58.  
paronomasia.  
homoiototon. 59.  
homoioteleton.  
parechesis.

Similes s. s. i. n. i. n. p. 53.  
 s. i. n. i. n. p. 53.

repetitionis ac  
exaggerationis p. 54.

gnome. s. sententia.  
noema. s. cogitatio.  
metonymy.  
etiology.  
hypotyposis.  
icon.  
paradioma.  
parabole.  
simbole.  
anamijosis.  
diapora.  
paradiastole.  
antimetapsole.  
arbitraton.  
oximoron.  
parechesis.  
epanag..  
triplanema.  
alexosis.  
tautosis.  
chiasmus.  
incententia.  
periphrasis.  
exphoras. exclamatio.  
epithetis.  
anastrophe.  
epithetis.

Disposiciones Metalepsis.  
Metonymy.  
retractio.


sermocinatio.  
prosopopoeia.  
Exortatio.  
epithetis.





Elocutionis Tabula Generalis.

Elocutio, q̄  
res: inventari: tac  
dispositari: ubi respicit





GERH. JOH. F. VOSSII.  
**ELEMENTA  
RETHORICA,**

*Jam plurimum aucta, atq; in Libros, Ca-  
pita, & Paragraphos distributa,  
operâ.*

M. JOH. SEBASTIANI Mitternachts /  
ILLUSTRIS RUTHENI, QVOD GE-  
RAE EST RECTORIS,

Qui praeter ea, quae inseruit passim,  
integram doctrinam de AFFECTIBUS  
movendis & sedandis, itemq; de INVEN-  
TIONE & Pertractatione thematum  
SPECIALI, ex Partit. & Institut.

VOSSIANIS adjecit,

*Vt jam non ELEMENTA solum, sed  
pleniora etiam facultatis amplissimae  
praecepta videri possint.*

Cum Privileg. Elect. ac Duc. Saxon.  
EDITIO QVINTA.

*multisque in locis auctior.*


---

Impensis MARTINI MÜLLERI,  
Bibliop. Naumburg.

MARTISBURGI

Typis, CASPARI FORBERGERI,  
ANNO M. DC. LXXXI.







V I R O  
MAGNIFICO, NOBILISSI-  
MO, CONSULTISSIMO, AC  
PRUDENTIS-  
SIMO.  
DOMINO  
CHRISTIANO  
BREHMIO,  
SERENISSIMI. AC. PO-  
TENT. ELECTORIS,  
SAX.  
CONSILIARIO GRA-  
VISSIMO,  
ET. REIP. DRESDENSIS,  
CONSULI. MERITIS-  
SIMO.  
PATRONO. SUO.  
MAGNO ET. OBSERVANDO  
S. P. D.  
M. JOH. SEBASTIANUS,  
Mitternacht.

A 3

Sae





**S**Aepe numero cogitavi ha-  
tenus, ac deliberavi me-  
cum ipse, quo monimen-  
to testatum publicè face-  
rem, tum quantopere Tu  
me amares, VIR MAGNIFICE, PATRONE  
DEVENERANDE, tum quàm ego sincerè  
TE colerem & observarem. Idque vel  
eà de causa faciendum autuma-  
bam, ut in amore Tuo pergeres, & ego  
me ingratorum numero, & qui parum  
sunt memores beneficiorum, eximerè.  
Sed obstitit semper & obluèta quasi  
fuit magnitudo adfectus Tui, quo me  
prosequeris, semel tantum Dresdae vi-  
sum, ac nihil tale merentem. Huic enim  
neq; ingenii tenuitas, quam dissimu-  
lare non possum, aut volo neq; eloquen-  
tia, quam ferè nullam in me depre-  
hendo, respondere valet, aut paria fa-  
cere. Accedebat praeterea, quod non  
igno-



## PRAEFATIO.

ignorabam viris magnis non esse nuncupanda, nisi magna: quae quum exhibere non possem, parum certè aberat, quin abjectà spe omni; silentio potius TE colendum, quàm publico aliquo, nec TE digno tamen, meletemate compellandum, arbitrarer. Tandem autem, quoniam tacere omninò turpè ducebam, quod ad manum erat, offerre, quàm ingrati animi suspicionem adversum me excuscare, malui persuasissimus apud animum, nemini fraudi umquam fuisse colere viros magnos, quoque modo posset, & res exiguas non raro ab offerentis animo sumsisse precium, nec videri aestumare munera, qui magnitudinem, non voluntatem dantis, respiciat. His igitur fretus rationibus observantiae in TE meae convenire putavi, si hoc ipsum, quale id cumque tandem fiet, opusculum honori Tuo ac nomini celeberrimo consecrarem. Sed & alia sunt, quae haesitanti reddiderunt animum, Nam quae singula in-



## PRAEFATIO.

incitamento solent esse aliis, ut lucubrations suas Patronis inscribant, ea omnia in TE confluxisse, ac micantissimos inde conferere videntur radios. Si igitur quosdam Patroni celebritas, ac singularis cujusdam eruditionis fama, quâ is per orbem eruditum volitat; si alios multa ejus gratia, quâ apud Principem pollet; si denique nonnullos auctoritas humanitate singulari temperata adjicit, atque invitatur ad nuncupanda ei opuscula: Tu profectò, VIR MAGNIFICE, non tam adjicere me videris aut invitare, quam trahere prorsus, ac rapere ad vendicandum nobilissimo Tuo nomini hanc opellam. Quis n. inter eruditos tam imperitus rerum est, quin sciat, quàm TIBI locupletem variarum scientiarum, & eruditionis omnigenae suppellectilem per inexputabilem Supremi Numinis bonitatem, & indefessa, quibus functus felicissimè fuisti, studia comparaveris? Hujus rei μαρτυρας ἐκ Διὸς, φίλων, sive testis



## PRAEFATIO.

scis quavis exceptione majores ad-  
pello aulam aequè, ac urbem Electo-  
ralem, Dresdam, & quotquot tam fe-  
licibus esse licuit, ut colloqui TE cum  
atque disserere possent. Nec unquam  
meo excidet animo, quam adcuratum  
de tot auctoribus bibliothecae Ele-  
ctoralis judicium prodideris, quum  
illam perlustrandi copiam *ὁ πάλυ-*  
WELLERUS, cujus, beatissimum li-  
cet, abitum non possum non adhuc  
lugere, mihi indulisset ann. cIo Ioc L.  
Quod si verò quis secus, ac Imperator  
Hadrianus olim rescripsisse in re gra-  
vi dicitur, non testibus se, sed testi-  
moniis crediturum dicat, ad haec et-  
iam provocare licet. Nolo hinc ea ur-  
gere documenta, quae, quousque in  
augustissimo Juris publici ac privati,  
civilis atque Canonici, studio evectus  
fueris, loqvuntur; quum Serenissimi  
ac Potentissimi Saxonis ensiferi suf-  
fragium, quo TE in Consiliariorum  
numerum receptum sapientissimè vo-  
luit, sit instar omnium. *Alia laudanda*  
A S sunt,



## PRAEFATIO.

sunt, quae Philologiae & humaniorum Litterarum, immò ipsius etiam Theologiae notitiam non superficialiam, arguant. Nec ista tamen omnia referre opus est: & duo saltem nominâsse, quum dignè laudare non liceat, sufficiet. Alterum est meditatio de admirandâ Christi Salvatoris nostri, natiuitate; in quâ quid prius admirer, quid posterius, penitus ambigo. Et enim in eâ ingenii felicissimi opes exuberantissimae, limatissimi acumen iudicii, lectea Poëtices vena, ferventissima pietas, eloquentia singularis & non ubiqve obvia, paria omninò videntur facere spatia. Ideoque ipse dignam putasti, quae limae accuratissimi harum rerum censoris, BVCHNERI, cui inlcripseras, subjiceretur. Neque vanum auguror felicissimi auguris, Bohemi Tui, augurium, quod, ceu ἀλεξίφθονον, & praebia quaedam, doctissimo illi Tuo poematio praefigere voluit, ipsas in labiis Tuis Charites, Veneresq; reside-



## PRAEFATIO.

dere ominatus. Ubi autem vidisse contigit pientissimum illud sanctissimorum Tuorum colloquiorum opus, ante sexennium istud primum luci creditum publicare, in quo dierum, Dominicarum & festarum Evangelicas pericopas novo quodam, & inusitato antehac modo illustratum ivisti; totus exemplò obstupui. Quem enim ad modum in vastissimo illo, qui mundum ambit, Oceano, quidquid uspiam est fluviorum velut in centro suo confluit: ita in hoc ipso tuo opere congestum arte mirà ac dexteritate singulari videbam, quidquid rarum in homiliis, sermonibus ac meditationibus suis Theologi Practici & exegetici mandarint literis. Et quid de iis dicam, quae fertilissima ingenii Turarva tulerunt, nec visa aliis, nec adnotata? Id propter moderari mihi met non poteram, quin illicò carmine quodam testarer, quo melleum hoc meletema loco haberem. An v. dignum id existumes, quod novae editionis



## PRAEFATIO.

tionem inter aliorum gratulationes & ad-  
plausus praefigatur, Tuo h. e. exa-  
ctissimo relinquo iudicio. Si autem  
praefigi non possit, iusto tardius mis-  
sum; satis erit sub calcem poni. Eant  
nunc, & inficientur *Βρησιονμάσιτες*,  
& ocores maligni, & omnifariam, si  
possunt, Tuam eruditionem in dubi-  
um vocent. Ego interea gratulabor  
mihi; quod Tibi non omninò sim i-  
gnotus. Quod si porrò gratiam specto,  
quâ Potentissimus Ensifer Te com-  
plectitur ac fovet; quae de Te bona mi-  
hi ac meis non polliceor? Ineptissimus  
a. fuero, si, quod in ore omnium ver-  
satur; exponere cum ambitu, aut refer-  
re curatius sustineam. Et parcendum  
aestumo Tuis ipsius oculis, qui nihil  
ferre minus queunt, quàm laudum tua-  
rum prolixam enarrationem. Ne itaq;  
intelligentiae communis expertem me  
alii iudicent; nolo in re evidentissi-  
mâ videri, peccasse dicendi profuen-  
tiâ; praesertim quum facilius acan-

thi-



## PRAEFATIO.

thida cornix vincere possit quam ego gratiam illam Saxonis justo verborum adparatu ornare. Age, VIR NOBILIS- SIME, gratiâ istâ quâ diutissimè frue- re. Superest tandem, ut pauca quaedam de mirifico illo auetoritatis ac humani- tatis TUAE temperamento adjiciam. Est hoc in TE, ut pleraque alia, singulare, quod vel vultus Tuus manifestè docet. Is enim TIBI oris habitus est, qui gravi- tatem quidem praeferat, & nihilo ta- men minus affabilitatem haut obscuris loquatur pignoribus. Accudere possem alia, & ea hoc non minora humanitatis argumenta, quae ex literis ad me Tuis, humanissimè scriptis, relucet. Sed superfedebō hac vice illis omnibus. Nec enim necesum habeo, adhama- re amorem Tuum, quo jam pridem trui permisum fuit. neq; occinam TI- BI dotes TUAS, ne in illam omnium virtutum ornatricem, Modestiam TUAM, peccem, aut diffidere publicae hominum conscientiae videar, cui TE

jama



## PRAEFATIO.

jam diu praeclarè factorum comes,  
gloria, literis nunquam fugituris in-  
scripsit. Nonnihil duntaxat de mu-  
nisculo, quod exhibetur, at absque A-  
gathonia cantione, monebo. Id verò  
& meum est, & non est. Non est, si  
materiam respicias. Nam celeberrimi  
nominis Polyhistori, Gerharδο,  
Joannis Filio, Vosio, L. M. Q. illud  
vendico. Meum verò quodam  
modo esse, nemo cordatus diffitebi-  
tur, qui editionem istam cum Amste-  
lodamensi contulerit adcuratius. Sic  
enim patebit ad oculum, me plurima  
ex Partitionibus & Institutionibus  
Vossianis passim inseruisse, sed con-  
tracta in compendium, ut paucissimis  
pagellis includerentur omnia, quae  
in absolutissimo Institutionum Ora-  
toriarum opere Rhetor acutissimus  
prolixè exposuerat. Quum igitur dif-  
ficilius propè sit, quae copiosissimè in  
magnis voluminibus perscripta sunt,  
contrahere in chartas adeò paucas;  
quam diffundere illa uberius, quae  
cae-



## PRAEFATIO.

caesuratim delineata, & adumbrate  
saltem fuerunt: ingenuas mentes ali-  
quam etiam, quantumvis exiguam, la-  
boris exantlati laudem nobis non de-  
negaturas esse, arbitramur. *Autosica*  
enim ostendet, quae multis saepenu-  
mero paginis VOSSIVS docet, ea nos  
periodo uni, atque quidem brevissi-  
mae, includere adnifos semper fuisse.  
Id quod ex facili animadvertet, quis-  
quis plus, quam legere tantum ista,  
potest. Nec inficiabuntur discipuli,  
quot & quanti momenti monita Rhe-  
thorica vel ex unico paragrapho rerum  
istarum avidis in scholis privatis eru-  
erim, & illustrarim exemplis eruta.  
Quod ipsum etiam felicissimè praestitit  
hac tenus informatione publicâ Per-  
Eximius atque egregiè doctus Dom.  
Corrector, Compater & Collega  
meus plurimum amandus, & hono-  
randus. Et facturos quoque omnibus  
Scholarum Doctores auguror, qui-  
bus praecepta, Vossiana non for-  
debunt, Quibus a. sordere queant, ni-  
si



## PRAEFATIO.

Si qui VOSSII acumen, & omnia pro-  
pemodum alia quae ad dicendi artem  
pertinent, juxtâ cum ignarissimis ne-  
sciunt? Orator seculi nostri augustis-  
simus. Dn. AUGUSTUS BUCHNE-  
RUS, ὀνῦν μακαρίτης, Vir nulli erudito  
sine exquisitâ laude cogitandus, de  
VOSSIO, quem de Elementis istis, in-  
troducendis auctoritate publicâ in  
Gymnasium, consuleretur, ita scribere  
non dubitabat:

Ad VOSSIUM quod attinet, si in  
istis litteris videre quid possum, aut fa-  
cere, ita sentio, eum regnare longè in  
hoc doctrinae genere, nec quemquam  
alium de arte ac facultate dicendi *ple-  
niùs, solidiùs; consummariùs* hactenus  
praecepisse. Nequen. vulgari ingres-  
sus viâ satis habuit, unius atq; alterius  
Rhetorum, & Juniorum quidem ma-  
ximè, quod solet, eorumque non opti-  
mi semper commatis, excerpisse prae-  
cepta, & collegisse in unum corpus:  
quidquid habetur Veterum uspiam,  
quidquid Novitiorum legitur, (majo-  
rum



## PRAEFATIO.

rum gentium certè ) hos omnes evol-  
vit diligenter , & adcurato examine  
contulit, confirmatisque, quae vera re-  
pererat optimaque, confutatis contrà,  
quae falsa tradiderant, sic nobis con-  
stituit atq; instruxit hanc disciplinam;  
ut citiùs demi aliquid, quàm adjici  
posse videatur: Accedit, quòd Eloquen-  
tiae magistros versasset probè haut  
tantùm, sed omne etiam disertissimo-  
rum auctorum genus, Poëtarum,  
Philosophorum, Oratorum, Histori-  
corum Veterum trivisset cum cura, &  
quidquid ab iis aut esset tractatum sci-  
enter, atq; ex arte, aut eleganter venu-  
steque, vel splendide graviterq; expo-  
situm, animo teneret complexus. Ita  
a. fiebat ut eò perfectiùs de arte di-  
cendi atque orandi praeciperet, quò  
pauciora eorum, ex quibus condenda  
& instruenda ea est, ignoraret. Haec  
Amplissimus BUCHNERUS.

Quis verò Artifici Celeberrimo ac  
peritissimo, de arte, quam tot annos  
non sine plerorumque, eruditiorum  
cer-



## PRAEFATIO.

certè, admiratione professus fuit, judicanti, fidem non haberet? Ejusmodi judicia vel suffragia plurima aliorum, & clarissimorum quidem Virorum, congerere hîc in cumulum liceret, si vinum vendibile suspensae indigere hederæ, aut ullorum, quæ adlice-faciant, antepagmentorum. Et quid censuris opus aut encomiis sit, quum intra viginti hosce decursos annos quinta iam vice edantur hæc ipsa Elementa, & adfluenter experientia testatur, vix esse celebriorem Scholam aliquam, in quâ locum ea non invenerint? Malè id equidem nonnullos ososores habet: at persuadere Magistratui ac Scholarchis nondum potuerunt, ut vel eliminarentur, vel non admitterentur praecepta ista, in solius Ruthe-nei usum primitus edita, Verùm quò abiit oratio mea? Redeundum ad carceres est. Nec n. Elementorum Vossianorum, immò nec ipsius Rhetorices, nobilissimæ quamquam disciplinae, laudibus destinavimus hanc pa-  
gi-



## PRAEFATIO.

ginam TIBI, VIR CONSULTISSIME, dicatam eam volui. Non potui tamen, quin, quod ipsa haec Elementa moment, (lib. II. cap. V. §. 5.) quantum permittit modestia, sequerer. Quod pro candore Tuo atque dexteritate mollius interpretaberis, ad animum revocans, in Vossium dantem, non Mitternachtium Tuum, redundare, quidquid in Elementorum istorum commendationem dixi; quum jam antea profusus fuerim, nihil meum agnoscere praeter contrahendi laborem, atque inserviendi aliis, discipulis cumprimis, studium, quod facile, quisquis gravedine non laborat, olfaciet, ac fatebitur, quemcumque φαντασία ἀνατιολόγησι καὶ ἀνεπίδεικσι, aut coecus livor extra veri limites non abripiunt. Haec praefatus nihil jam restare aliud arbitror, quàm ad pedes Tuos tenue hoc munusculum deponere, utq; id benevolè suscipias, eo, quo par est, modo rogare. Quamquam nihil in TE emolumentum ex eo redire que-



## PRAEFATIO.

queat, Oratorem disertissimum; non  
insuave tamen erit aut ingratum,  
cognovisse denuo veteres illas artes  
eloquentiae, quibus ad hoc celebra-  
tis festigium jam olim emerfisti. Si  
n. veteranis aurigarum volupe est fla-  
gello saltem insonuisse, si per aeta-  
tem moderari non amplius rhedam  
possint aut essedum, aut, adquisitis opi-  
bus, nolint: qui fieri possit, ut in re lit-  
teraria veterani nihil oblectamenti  
sintiant, si fors incidant in studia, qui-  
bus mirificè olim tuere delectati? Sed  
quò abripior? Festinandum ad por-  
tum est, claudenda epistola, ne ultrà,  
quàm fas est, TE

### VIR MAGNIFICE,

à gravissimis Tuis, quibus publici boni  
causa involveris usq; laboribus, avoca-  
re videar. Vale, & quidem ex Tuo ac-  
piorum voto vale, floresce magis ac  
magis, & amare me, Tui nominis ob-  
servantissimum cultorem, perge, Da-  
bam ex museo a. d. VI. Kalend. De-  
semb, c<sup>o</sup> l<sup>o</sup> LXV.

AD





## AD LECTOREM.

**F** Didit *CLMUS VOSSIUS*  
jam ante annos aliquos  
multos *Amstelodami E-*  
*ELEMENTA RHE-*  
*TORICA*, eâ saltem fine, ut,  
quae de Tropis est ac Schematibus, doctri-  
nam eloquentiae tironibus explicaret,  
Inventionem autem ac Dispositionem  
levissimè, atque velut in transcurso,  
notaret, sive, ut ipse in praefatione loqui  
amat, ut lineamenta quaedam artis  
Oratoriae duceret. Cum itaque in-  
telligerem, doctrinam illam Troporum,  
ac Figurarum ita fuisse ibidem traditam,  
ut etiam provecioribus sufficere posse  
videretur; cœpi eâdem prorsus me-  
thodo ex *Partitionibus & Institutioni-*  
*bus VOSSIANIS* excerpere, quae  
In-



## AD LECTOREM.

Inventionem ac reliquas Rhetor<sup>icas</sup>  
parteis concernunt, & quodlibet suo  
interferere loco; adnotatis ubique lib<sup>ris</sup>,  
capitibus & paragraphis Partitionum Oras  
toriarum. Cumque opella illa Jenae  
Anno cl<sup>o</sup> lco XLVI. edita, intro-  
ducta deinceps in Gymnasium nostrum,  
publicâ auctoritate esset; factum est,  
ut districta jam sint editionis Jenensis  
exempla omnia. Quod ubi animad-  
vertebant **VENERABILES &**  
**AMPLISSIMI DNN. INSPE-**  
**CTORES** nostri, monuerunt, ut de-  
nuò Elementa ista evulgarem: quorum  
prudentissimo consilio, cum refragari  
non liceret, adnuebam meritò. Sed ele-  
menta ipsa in libros, capita & paragra-  
phos distinguens, iterum plurima adjeci  
passim, quae in editione Jenensi desi-  
derari posse videbantur. Numeri au-  
tem paragraphis quibusdam suffixi e-  
docebunt, ex quo Partitionum loco il-  
lustrari ulterius elementa possint. **V A-**  
**L E, L E C T O R B E N E V O L E,** fa-  
vere mihi perge, vel si nondum faves, in-



**AD LECTOREM.**

*cipe, ac prorsus tibi persuade, me  
Doctiorum ac Bonorum omnium ab in-  
cunabilis fuisse cultorem observantissi-  
mum. Dabam ex museo Kalend.  
Maj. cl. l. c. Ll.*

**GER.**



AD LECTUREM

IN  
SACRIS  
LITTERIS  
HEBREIS  
ET  
ARABICIS  
MAGISTRO  
M. H. H. H.

GER.





GERHARDI, JOH.  
F. VOSSII.

ELEMENTA  
RHETORICA,  
DENUO EDITA ET  
AUCTA

O P E R A

M. JOHANN. SEBA-  
STIANI Mitternachts/  
ILLUSTRIS RU-  
THENI RECTO-  
RIS.



Ad  
*Clarissimum Dominum Autorem, Amicum  
& Fautorem meum hono-  
randum.*

**O** Fundant alii noctem, MESO-  
NYCTIE, luci;  
Tu lucem in mediâ nocte  
micare facis.  
Magnis pauca libris promant; Tu pro-  
mis Homerum  
In nuce constrictum. Gratia mul-  
ta Tibi

*Per scribebam in Acad.  
Lipsiensi.*

**Hieronimus Kronmayer,**  
SS. Theol. Doct. & Prof.  
Publicus.



is  
-  
e  
o  
l.  
VI  
r,  
of





Rhetorica est disciplina instrumentalis, disciplina enim  
sunt vel principales vel instrumentales.  
Lauterbergius Rhetoricam alio quoque nomine Euphra-  
diam appellat.  
Rhetorica et Logica non sunt synonyma.

Prudenter si conparatis omnibus personarum  
rum circumstantiis  
Copiose si copia est vel rerum vel verborum  
Ornate si per tropos et figuras.



(1.)



GER. JOH. F. VOSSII,  
ELEMENTA.

RETHORICA,  
EX PARTITIONIBUS ET  
INSTITUTIONIBUS

ORATORIIS

AUCTA

LIBER PRIMUS

CAPUT PRIMUM.



RHETORICE, quae  
Latinis *Oratoria* dici-  
tur, nomen habet à  
*ῥῆω*, id est, *dico*. Quia  
ut Grammaticae mon-  
strat viam benè sive  
purè loquendi: ita

*à fine sci-  
in terno  
proprie  
filio.*

Rhetorice docet benè dicere, sive *pru-  
denter, copiose, ornatèq;* loqui. *Partit.  
Orat. Lib. 1. Cap. 1. § 1.*

§. 2. Definitur Rhetorice: *facultas  
videndi in unaquaque, quod in ea est*

B

ad



ad persuadendum idoneum: Gr. ἡ ῥητορικὴ  
ἐπιστήμη καὶ εἰς ἕκαστον τῶν θεωρητικῶν ὅτι ἐν-  
δεχομένη πείθειν, ex Aristot. *Partit. Or.*

Cap. 1. §. 4 5.

§. 3. <sup>hunc non videtur</sup> Itaque finis Oratoris <sup>ultimus est</sup> ultimus est  
persuadere: officium est videre, quid ad  
persuadendum conducatur: sive dicere  
ad persuadendum accommodatè. Ma-  
teria est unaquaeque res; sed in primis  
quaestio civilis.

§. 4. Quaestio ea vel thesis est; vel  
hypothesis. Cap. 1. §. 6.

§. 5. Thesis est quaestio infinita, sive  
universalis. v. g. An liceat insidiatorem  
interficere?

§. 6. Hypothesis est quaestio finita,  
sive singularis. v. g. An jure Milo in-  
fecerit Clodium?


§. 7. Officii oratorii partes sunt qua-  
tuor; argumenta invenire, inventa dis-  
ponere, disposita exornare, & ornata  
pronunciare. Cap. 1. §. 8.

§. 8. Ac pro his totidem sunt partes  
Rhetorices; Inventio, Dispositio, Elocu-  
tio & Pronunciatio. Gr. εὐρεσις, τῆ-











LIBER I. CAPUT II. 3

Ξις ἢ οἰκιομία, λέξις ἢ ἑρμηνεία, καὶ ὑπό-  
κεισις.

CAPUT SECUNDUM.

DE INVENTIONE.

**I**NVENTIO est excogitatio argumen-  
torum, quae ad persuadendum ido-  
nea sunt. Cap. 2. §. 1.

§. 2. Et haec argumenta Aristoteles  
vocat <sup>(εἰς)</sup> πῖσις quod conducant ad faci-  
endam fidem.

§. 3. Argumenta illa sunt triplicia ;  
rationes, mores, & adfectus : quae Grae-  
cis vocantur λόγοι, ἤθη, πάθη. Cap. 2. §. 5.

§. 4. Ex his rationes ad docendum ;  
mores ad conciliandum ; adfectus ad  
permovendum valent.

§. 5. ἤθη in primis in exordio ; λόγοι  
in contentione ; & πάθη in Epilogo ad-  
hibentur. Instit. lib. III. Ca. 1. p. m. 323.

§. 6. Rationes adhibentur propter  
causam ; mores propter oratorem ; adfe-  
ctus propter auditores.

§. 7. Argumenta primi generis, vel  
artificialia sunt, vel inartificialia. Vide  
infra clausulam lib. 1. §. 2.

B 2

§. 8.



4 ELEM. RHETOR.

§. 8. *Artificialia* dicuntur, quae ab Oratore *artis* beneficio inveniuntur.

§. 9. Suntque vel Logicae cum Rhetoricâ *communis*, & petuntur è *Locis Topicis*; vel Rhetoricae *propria*.

§. 10. Atq; haec variant pro generibus hypothesium, quas Latini *causas* vocât.

§. 11. Causarum genera sunt tria; Demonstrativum, Deliberativum, & Iudiciale. Gr. ἐπιδεικτικόν, συμβουλευτικόν καὶ δικανικόν, Cap. 3. §. 1.

---

CAPUT TERTIUM.

**D**EMONSTRATIVUM est quò *laudamus*, aut *vituperamus*. Ac praecipuè respicit tempus *praesens* aliquando etiam *futurum*: ut quum laudem eventuram conijcimus: quandoq; *praeteritum*: ut quum facta commemorantur, sive viventium, sive defunctorum.

§. 2. Laus ac vituperatio omnis vel *personae* est, vel *facti*, vel *rei* Cap. 4. §. 3.

§. 3. Ad res autem pertinent loca naturalia & artificialia; disciplinae omne  
mne



Loci a. Topici differri possunt in Externos et internos

Quidam addunt quartum scilicet: dialexandinos, d. q. a oratione  
nes in hoc genere propter ornatum nihil ex Rhetorica capiunt,  
et mentionem et dispositionem Logice deinceps.  
accuratissimi Rhetores tribus generibus contenti sunt

Loc: Naturi: v. g. integrae regiones, montes, Sylva, rivus,  
fontes, maria, etc.  
Artificialia: Urbes, domus, palatia, aedes, curiae, templa,  
Schola.



te: tū instrumentales, tū principales, tū Rho-  
torica tū practica.



Rho. LIBER I. CAPUT III. 5

mne ; item *virtutes & vitia*, nec non omnia *antefacta* Cap. 4. §. 3.

§. 4. Laus & vituperatio *Personae* est, si v. g. laudes *Ciceronem*, vituperes *Antonium*. Et huc analogicè refertur etiam laus, & vituperium *Brutorum*; nec non *Locorum* quorundam *artificialium*; v. g. *arcium*, *urbium* &c. Cap. 4. §. 37.

§. 5. Loci argumentorum hîc sunt : 1. *Genus*. 2. *Patria* 3. *Natura* tum corporis, tum animi. 4. *Fortuna*, quae divitias complectitur & honores, aliaq; 5. *Instituta* 6. *Actiones*, & earum fundamenta, *virtutes*. 7. *Mors* 8. *Sepulcrum*. Cap. 4. §. 5. seqq.

§. 6. Cui tamen hic ordo Scholam redolet, poterit personam *juxta certas virtutes laudare*. Cap. 4. §. 21. Cicero in Manilianâ ait, summo Imperatori quatuor res oportere inesse, *scientiam rei militaris*, *virtutem*, *auctoritatem*, & *felicitem*. Atque ad quatuor ista omnes Pompeji laudes reducit.

§. 7. Laus & vituperatio *Facti* est, si v. g. laudes voluntarium M. Reguli ad  
ho.



6 ELEM. RHETOR.

hosteis suos reditum ; aut si vituperes in Catone Uticensi , quòd manus sibi intulerit , "ne in potestatem Caesaris veniret. *Acce.*

§. 8. Fontes argumentorum vel *Probationis* sunt, vel *Amplificationis*. Ad illos referuntur *Honestum, Utile, Difficile* ; ad hos verò pertinet, quod quis *primus, solus, cum paucis, praecipue, tempore maxumè necessariò* ; saepe in *laudem civitatis* : & novum sui honorem fecerit. *Cap. 4. §. 30. seqq.*

§. 9. *Laus & vituperatio Rei* est, si v. g. laudes eloquentiam, vel agriculturam ; aut vituperes vitium animi ingrati.

§. 10. Loci sunt, praeter *honestum, utile, difficile, necessarium & jucundum*. *Cap. 4. §. 39.*

---

CAPIT QUARTUM.

GENUS DELIBERATIVUM ( quod etiam *δημηγορικὸν καὶ ἐκκλησιαστικὸν* adpellatur ) est, quo *suademus, vel dis-*



Difficile.) Nam Jaderica le xadica le de xaxa & xadica  
na, dixit Theoditus. s. difficilia sunt q̄ p̄lecta  
mala v. non difficilia.

Aqua Voynor appellatur à Romanis, q̄ overioris  
Romae in cina p̄ trahitur  
Ex duobus rivi ab Athenis sibi, q̄ ab entorpes n. gra  
tias in contiguo eductant. Hinc condio p̄ p̄  
de p̄dicio publico q̄ in concione s̄i. habebatur  
Capit. 2, 1, 3.







*disuademus*. v. g. si suadeas pacem, vel inducias; disuadeas bellum; aut contā.

Cap. 3. §. 2. & in primis cap. 5.

§. 2. Est autem deliberatio omnis de futuris.

§. 3. Ac praecipuè in eâ considera-  
tur, numquid *Utile* sit, an *Inutile*; item  
an *Legitimum*, id est, legibus & consue-  
tudini consentaneum; *Aequum* & *Pia-  
um*, *Necessarium*, *Facundum*, *Possibile*,  
*Gloriosum*, atque quem *eventum* habe-  
at? Gr. συμφέρον, νόμιμον, δίκαιον ἀναγκα-  
στατον, ἀγαθόν, δυνατόν, ἐνδοξόν, ἐπιβου-  
λευτικόν.

§. 4. De *utili* agimus, si videamus,  
tum quid futurum sit, si negotium sus-  
cipiatur, tum quid consequuturum, si  
negligatur. Ad prius pertinet *bono-  
rum partorum conservatio*, & *non parto-  
rum comparatio*; *malorum praesentium  
depulsio*, & *imminentium evitatio*. Ad  
posterius referuntur, *bonorum parto-  
rum amissio*, *speratorum frustratio*, *ma-  
lorum praesentium continuatio*, & *im-  
minetentium certa expectatio*.



§. 5. *Aequum & pium* est, quod promovet cultum divinum; quod parentū, affinium, civiumque charitatem spectat; quod ad disciplinam civitatis pertinet; quod virtutes illustrantur, &c.

§. 6. *Gloriosum* tractatur ut utile, si loco bonorum substituatur gloria, loco malorum infamia. Reliqui termini per se patent.

### CAPUT QUINTUM.

**G**ENUS JURIDICIALE est, quo *accusamus, vel defendimus*. Quomodo Milo, interemtō, Clodiō, ab amicis Clodii est *accusatus*; à Cicerone verò *defensus*. Cap. 6. §. 1.

§. 2. Versatur hoc genus circa *præterita*.

§. 3. Variant autem argumenta in eo pro *statuum* diversitate.

§. 4. *Status* est quaestio ex prima causarum conflictatione proveniens, Cap. 6. §. 2.

§. 5. Ac



transferrunt quod ad Long. hoxstium.



Ex amore homicidium potest probari respectu  
pedi



§. 5. Ac in genere hoc judiciali nascitur ex primâ accusatoris intentione & defensoris depulsione.

§. 6. Ita accusabatur Milo, quod Clodium occidisset: Milo interemptum fatebatur; sed jure occisum aiebat. Status igitur fuit, *juréne, an injuriâ* Clodium interemerit Milo?

§. 7. Status est quadruplex, *Conjecturalis, Finitivus, Qualitatis, & Quantitatis.* Cap. 6. §. 6. 7. 8. 9. 10.

§. 8. GONJECTURALIS est, quò quaeritur, ecquid factum sit, nec ne v. g. An Sextus Roscius occiderit Patrem suum.

§. 9. Argumentorum loci hîc sunt VOLUNTAS & FACULTAS: quarum *illa* probatur. 1. ab *adfectibus*, *irâ*, *odio*, *amore*: 2. à *causis finalibus*, sc. spe commodi vel impunitatis. 3. ab *ingenio* & proprietatibus naturalibus, moribusque. 4. à *signis* dictis videlicet & factis. *Haec verò circumstantiis rerum & personarum.* Et huc pertinent *vi-*  
*res corporis, animi promptitudo, copiae,*

B s

opos,



10 ELEM. RHETOR.

*opes, locus, tempus, testes, rumores, tormenta, &c.*

§. 10. FINITIVUS est, quo de *nomine* rei quaeritur. v. g. *Abstuli quidem, sed furtum non commisi, cap. 8.*

§. 11. Ubi furtum erit *definiendum*: Atq; ita in aliis. *Cap. 9. & 10.*

§. 12. QUALITATIS est, quò quaeritur, quale sit factum? v. g. *Occidit quidem Clodium Milo, sed jure id fecit, c. 11.*

§. 13. Estque vel Negotialis, de re futura, perinetq; ad genus Deliberativum: vel Juridicialis: atque hic rursus vel Rationalis, ubi à *naturâ, legibus, consuetudine, judicato, aequitate & pacto* probandum erit, quid jure, quidve injuriâ fiat? vel Legalis; & quidem vel *ἢ τῆς ῥητῆς καὶ ῥητορίας*, vel *ἢ ἀλλοτριότητας*, vel *ἢ συλλογισμῶν*, vel *ἢ ἀμφιβολίας*, *Lib. 1. cap.*

§. 14. *ἢ τῆς ῥητῆς καὶ ῥητορίας* seu *de scripto & sententia est*, quando litigantium pars una *verbis* legis, testamenti aut pacti, altera verò ejusdem nititur *sententia*.

§. 15.



περὶ φυσικῆς

per naturam nihil aliud intelligitur qm lex naturalis  
est vel naturalis vel positiva. Lex naturalis est nota  
etiam hominum mentibus insculpta.

Lex Divina est, quoniam Deus ipse dedit.



In infantes sint baptizandae, hoc monstrandum e  
 regi bo... si...  
 Si... non in infantes. regi bo...

Ad hanc sententiam regi...  
 c... in ditione exemplum latet: Bona mea  
 do teo...  
 cunctation...  
 h...  
 h...





LIBER I. CAPUT V. II

§. 5. *Ἐπὶ ἀντινομίας*, seu status *contrariarum legum* est, quum *vel duae* leges, testamenta, aut pacta pugnans inter se, aut pugnare saltem videntur: *vel unius* legis, testamenti, pactive duae partes colliduntur, *vel una eademq;* lex, testamentum, pactum in casu aliquo secum confligit.

§. 16. *Ἐπὶ συλλογικῆς*, seu *ratiocinationis* status est, quum res, de qua non est propria lege cautum, colligitur ex re simili, de qua statutum est lege.

§. 7. *Ἐπὶ ἀμφιβολίας*, seu *ex ambiguo* status est, quum disceptatur, quo accentu vox legi debeat, aut quò verbum aliquod referri, aut quā significatione sumi oporteat.

§. 18. *QUANTITATIS* status est, quo de *magnitudine* rei disceptatio est, v. g. *Si constet, esse crimen, sed negetur, grave esse crimen.*

§. 19. *Ubi amplificatio, & imminutio* facti in primis attenditur. Videndum igitur, quid *magnum*, aut *exiguum* oporteat censeris?



**I**N singulis autem *causarum* ac *statu-*  
*rum* generibus locum habet *ἡ δυνά-*  
*μις*, sive, *quid fieri possit, aut non possit*:  
item *comparatio*, sive quid sit honestius,  
utilius, aut iustius alio.

§. 2. *Artificialibus* argumentis acce-  
dunt *inartificialia*, quae *foris* delata, ab  
oratore solum *arte* tractantur.

§. 3. Sunt autem varia. In genere  
verò *Juridiciali* sunt *quinque*.

§. 4. Nam ex jure *Civili* offeruntur  
Oratori *LEGES*. Ex aliquorum aucto-  
ritate *TESTIMONIA*. Ex quorundam  
conventionibus *PACTA*. Ex tormen-  
tis *QUAESTIONES*: Ex contestatione di-  
vinā *JUSJURANDUM*. x



LIBER SECUNDUS  
ELEMENTORUM  
RHETORICORUM.

CA-



In artificialia orator <sup>et Rhetor</sup> tractat non in actu  
signato d. in actu exercito.

et ex tormentis giffiones.



I. Aioici preverunt commotionem affectuum.  
II. Aristoteles omnem affectum, usum et iudicium pro,  
scripsit.

Deq. Ad affectus n. movendos juvat optimis  
aeris Numinis Sp. cu' unig in animam est impe-  
rium. Nilou Pallol:

In affectibus a. movendis considerentur 1. subje-  
ctum, quod commendat plurimum morum (has  
+ affectus Virgil. inclusit vers:

Hinc metunt, cupiunt, dolent, gaudent) <sup>tm</sup>  
litas ut et exemplo adulatorum patet. <sup>tm</sup>  
II. Objectum erga quod committitur. d. 3. denique  
causa.

Sunt a. affectus l. mitiores. vel grandiores sicut  
ut Quintilianus loquitur l. compositi. l. gerit.

Concitantur eodem affectu picturis, infantium  
productiones. q. tamen <sup>cu'</sup> maioris Dramaticae sicut

quam Oratorum. Inducuntur Hypotyposes picturis  
non assensiles apud Propas. Deinde propositio in

Exclamations ad ultimum Epiphonemata adhibe-  
bunt, res tamen tenuiores nimis exaggerando

prudenter modum excedunt. Diversos et affectus  
concitare possunt ita tamen ut gratior sicut

tatis, odio, benevolentia.

Spes est effectus s. motus animi proveniens ex imaginatio-  
ne, seu intentione boni futuri.

Observentur sequentes Regulae  
1. Auditoris animus est explorandus  
2. Affectus naturaliter non vi intradatur neq. serio.

3. Res subtiles s. acute in affectum commotione pra-  
tereantur.  
4. Sapiens qq. error est extra vagari.



## CAPUT PRIMUM.

SEQUUNTUR ΠΑΘΗ, AFFECTUS; quos  
 DEUS animis nostris indidit, ut  
 sint tanquam stimuli ad honestas actio-  
 nes.

§. 2. Sunt hi, ex Stoicorum senten-  
 tia, quatuor: ratione boni praesentis,  
laetitia; ratione boni futuri, spes, ratio-  
ne mali praesentis, dolor; ratione mali  
futuri, metus.

§. 3. Ad hos autem referentur, irae,  
lenitas, pudor, impudentia, amor, odium,  
indignatio, invidia, misericordia & aemu-  
latio. Cap. 1. lib. 2. cap. 2.

§. 4. In quorum singulis attendere  
 imprimis oportet, & quomodo adfectus  
 aliquis moveatur, & quomodo sed-  
entur.

§. 5. Laetitia movemus conside-  
 rando boni magnitudinem; ostenden-  
 do, quantò praesens fortuna potior sit  
 alterâ: nec non res laetas auditoribus,  
 objiciendo. cap. V, l. 2.

§. 6. SPES movetur, si primùm o-  
 stendatur, fieri aliquid posse, & fa-  
 ctum



Etum saepe esse; deinceps si subsidia necessaria adesse demonstrantur; tandem si favor divinus promittatur. *Cap. III. lib. 2.*

§. 7. DOLOREM praesentis mali exaggeratione facile sciemus. Exaggerare autem malum possumus ex circumstantiis personae, loci, temporis, aliisque similibus.

§. 8. METUM injicimus dupliciter, 1. si malum vel periculum tam publicum, quam privatum objiciamus, ejusque magnitudinem exponamus; 2. si imminere jam illud, καὶ ὑποτύπωσιν ostendamus, *Cap. II. Lib. 2.*

---

CAPIT SECUNDUM.

**I**RAM movebis, si, contemptum auditorem fuisse, demonstraveris, despectione, quae sine impedimento; incommodatione, quae cum impedimento fit, & contumeliâ. Huc facit etiam facinoris comissi atrocitas, innocentia laesi, malitia laedentis, & damnum futurum *Cap. 7. lib. 2.*

§. 2.



ne-  
em  
III.

ag-  
are  
m-  
que

er,  
li-  
e-  
fi  
o-

di-  
be-  
m-  
fit,  
o-  
fi,  
m

2.





Senes sunt replices. vel Mente et mento.

Mente q sapientes. #.

Mento q multos habent annos.

Leuitas est nihil aliud quam trapedatio.

Alibi in der Alexander M. alle in fette mylles de  
Dall ( ) in mylles man von Dand falam frist  
aproprept mundan, in d der Dall R. in fette gottf.

S  
idon  
puer  
& lin  
net  
tio,  
nimo  
dem  
S  
ea,  
facto  
pnd  
qui  
sed  
le, q  
cum  
lib.  
S  
tem  
turp  
S.  
S  
vid  
si p





§. 2. LENITATEM procreabis personis idoneis, & rebus aptis. Personae sunt pueri, senes, foeminae & formâ praestantes, & linguâ, item antistites: ad res pertinet tempus opportunum; facti excusatio, quae ostendit, non esse factum a-nimo malo, aut ex contemptu; & tandem deprecatio ingenua. *Cap. 8. lib.*

§. 3. PUDOREM incutimus objiciendo ea, quae factu sunt turpia, vel talium factorum signa; quorum nos pudet apud eos, quos in precio habemus, & qui eidem crimini non sunt obnoxii, sed severi vitiorum censores; aut facile, quae sciunt, divulgant; aut nobiscum semper benignè egerunt. *Cap. 4. lib. 2.*

§. 4. IMPUDENTIAM gignimus contemptu rerum, quae turpes factu, vel turpis rei signa esse creduntur. *loc. cit.*

§. 10.

§. 5. AMOREM conciliabis, si id velle videaris, quod utile auditoribus, aut si pro bonis viris labores, qui vel au-

di.



ditorum, vel publicam salutem suis propriis commodis praetulerint. *Cap. 9. lib. 2.*

§. 6. ODIUM gignendi ratio est, si commemorantes actiones inimiciter adversantes bono, quod amamus, *Cap. 10. l. 2.*

---

*CAPIT TERTIVM.*

**I**NDIGNATIONEM ciebis, si vitae prioris sordes ac vilitas cum praesentis temporis opibus, potentia, vel gloria conferantur, indignoq; esse collata omnia ostendatur. *Cap. 11. lib. 2.*

§. 2. INVIDIAM excitare poteris, si pares aut inferiores evolasse: intolerantius se jactasse, & aequabilitatem communis juris dignitate & fortunâ suâ transiisse dixeris, non virtute instructos, sed vitiis & peccatis onustos, *Cap. 12. lib. 2.*

§. 3. MISERICORDIA excitatur, si demonstretur, magnum & paenè exitiale malum premere indignum: id quod amplificatur ab adjunctis, personis, loco, tempore, fine, modo; item collatione  
prio



luis

p. 9.

om-

an-

l. 2.

rio-

ntis

ria

o-

si

an-

m-

suâ

ru-

ap.

de-

ale

od

co,

ne

io





prio  
tate

o  
oste  
esse

fun  
ama

Cap

o  
adfe

o  
dare

—  
**S**  
cent

o  
mni  
reku

lenc

inte  
aute  
nost

o



prioris *felicitatis* cum praesenti *calamitate*, *Cap. 13. lib. 2.*

§. 4. *ÆMULATIONEM* accendes, si ostendas, paribus aut similibus bona esse, quibus jure debeatur honor; ut sunt *virtus, eruditio, magistratus, hortus amœni, bibliotheca luculenta, & similia.* *Cap. 14. lib. 2.*

§. 5. Et haec de ratione *movendorum* adfectuum.

§. 6. Eosdem adfectus si volueris *fedare*, contrariâ ibis viâ.

#### CAPUT QUARTUM.

Succedunt jam *MORES*: qui hîc spectantur, quatenus ex oratione dicentis elucent. *lib. 2. Cap. 15.*

§. 2. Quò *morata* sit oratio, ante omnia Id agendum est Oratori, ut in eâ refulceant *prudencia, probitas, & benevolentia.* Nam facilè iis credimus, qui & rē intelligunt, & benè nobis cupiunt. Ille autem benè nobis creditur cupere, qui nostris moribus conformia proponit.

§. 3. Hinc Orator exactissimè audi-

to.



torum quoque mores perpendat.

§. 4. Atq; adcuratè illi videndum est, & *apud quos* dicat, & *de quibus* dicat?

§. 5. Variant enim mores hominum tum pro naturâ gentis, ac Reipublicae; tum etiam in hominibus singulis, pro ratione adfectum, habituum, aetatis, ac fortunae. *Lib. II. cap. 15.*

---

CAPUT QUINTUM.

Hactenus de Inventione *generali* quoad *rationes, adfectus, & mores*, *Lib. II. cap. 16. seqq.*

§. 2. Nunc breviter videbimus, quae nam materiae *speciales* ad singula causarum genera referantur, & quomodo eadem tractentur.

§. 3. Itaque ad genus *Demonstrativum* pertinent *quatuor* classes, quarum *prima* complectitur *Orationes Panegyricas*: quales sunt, quae sequuntur. *Lib. 2.*

§. 4. I. *Quae coram senatu in Principis laudem habetur*: ubi post exordium, Principem juxta genus *Demonstrati-*

UHM



st,  
?  
m  
e;  
ro  
s,  
  
—  
  
nti  
s,  
  
e-  
fa-  
do  
  
um  
n  
ne-  
ur.  
  
pis  
n  
ti.  
1773



Lexes sequentes.

Ordinis 9. Heroid: p. 52.

Liqua vobis nubere apte, nubo pari:



*vnum* laudamus ; nostram felicitatem praedicamus, Principi longaevitatem praecamur , civeisque ad obsequium exhortamur. *Lib. 2. cap. 16. §. 12. seqq.*

§. 5. II. *Quâ Principi munus offertur ;* ubi munus cum modesta laudatione proponimus ; Principis exponimus laudem, cuius virtutes non hoc solum, sed plura quoq; & majora bona postulent ; & nos tandem totos ei dedimus §. 18. cap. dict.

§. 6. II. *Quâ novourbis Praefectio advenientem gratulamur.* Hic civium ob advenientem Praefectum gaudium testamur ; Praefectum laudamus, conjecturam de futurâ nostrâ felicitate facimus ; urbem ipsam, & reliqua inanimata gaudere fingimus ; ac tandem persolvimus Deo gratias. §. 21. cap. d.

---

CAPIT SEXTUM.

**S**ecunda clasfis habet Orationes I.  
Nuptiales ; ubi praemitti potest naturalis omnium adpetitus simile producendi , sed congressu diversissimo ; deinde commoda conjugii enume-  
 ran.



rantur, quae sunt, *bona existimatio, pro-  
 creatio liberorum, & multarum vitae mi-  
 seriarum absterfio*; porro quomodo ex  
 societate conjugali domus, pagi, ur-  
 bes, & regiones ortae, demonstratur  
 itaque sponsis novellis fausta voven-  
 tur, liberi καὶ ἰσοτόπιαι lusitantes  
 eorum parentibus finguntur, & ii-  
 dem cum Sponsi conferuntur pueritiā  
 quem juxtā ac Sponsam ex genere  
 Demonstrativo laudamus, atque ad  
 mutuum amorem cohortamur, *Lib. 2.  
 Cap. 17.*

§. 2. II. Natalitias; ubi ante omnia  
 de nativitatis tempore dicimus, *anno  
 scilicet, mense, die, horā*; deinceps de  
 loco, ubi natio occurrit ac civitas; post  
 de virtute parentum ac majorum; aut,  
 si adultograturamur, de omnibus,  
 quibus laudari persona potest; tandem,  
 ut, ut saepissimè dies redeat, vovemus.  
*Lib. 2. Cap. 18.*

§. 3. III. Funebres, quas ordimur à  
 signis doloris praesentis. Hinc defun-  
 ctū laudamus, & spe, quam de eō conce-  
 pe-



pro  
e mi  
o ex  
ur  
ur  
ven  
ntes  
ii  
tia  
re  
ad  
.  
nia  
nnó  
de  
ost  
ut,  
is,  
m,  
us,  
r á  
n-  
ce-  
e-

vide infra cap. 16. 96.





Ἐυχαιολογία

Exaggerare profūm (1.) ἢ μεγαλοῦ (2.) ἢ ὑπερ-  
πεποιθὲν ἢ ἔπ. ἄλλοις ἐξemplum latet.

Ἐυχαιολογία

Volā virtus facit hominem laude dignum.



peramus, nos destitutos, *querimur*; lu-  
 & tui denique sub jicitur *consolatio*, & *ad-*  
*hortatio*, ut virtutes de functi & memo-  
 riâ retineant, & imitari studeant audito-  
 res

---

CAPVT SEPTIMUM.

**T**ertia classis continet I. *Gratiarum*  
*actionem*, quâ laetitiam ex benefi-  
 cio accepto obortam testamur; benefi-  
 cium *exaggeramus*; *animum gratum*,  
 pollicemur; & ut constanter amemur,  
 petimus. *Lib. 2. Cap. 19. §. 1. seqq.*

§. 2. II. *Gratulationem*, quae exponit,  
 quantum ceperimus nos, aliique volu-  
 ptatem ex prospero alterius successu;  
 post magnitudinem *boni*, quod quis na-  
 & tus, ostendimus, ac *virtutis* id esse prae-  
 mium adserimus; tandem Deum, ut  
 hoc bonum sit perpetuum, & Reip. aut  
 Patriae salutare, invocamus. §. 9. *loc. dict.*

§. 3. Quòd si officium publicum a-  
 licui volumus gratulari, dicemus, non  
 tam amico, quàm urbi ipsi, gratulan-  
 dum esse.

§. 4.



§. 4. Lamentationem, quae indicat *malum*, in quod incidimus, ejusque *magnitudinem* significat; deinde *odium* in malevolos, à quibus malum perpetimur, excitat; aliquando etiam *metum* aliis securis injicit, quòd ipsis simile quid possit evenire. §. 14. *loc. cit.*

---

CAPUT OCTAVUM.

**Q**uartae classis sunt I. λόγος ἀπα-  
βατήριος, quò discessuri è loco  
testamur *dolorem* nostrum, quòd ab a-  
micis divellamur; postea *populi*, unde  
abimus, laudamus *fidem*, *clementiam*,  
*pietatem*, *urbisque situm* salubrem & a-  
moenum, nec non  *festa* sacra & profa-  
na; porro beneficiorum memoriam  
pollicemur; & benè amicis relictis pre-  
camur. Cap. 20. §. 1. seqq.

§. 2. II. λόγος ἐπιβατήριος, quùm  
post reditum, primùm *lares* patrios  
salutamus, Deoque gratias, quòd sal-  
vos reduxit, persolvimus. Hinc nostrum  
absentium *desiderium* exponimus, at-  
que ita *urbis desideratae laudes* per-  
fe-



cat  
na-  
in  
ti-  
um  
ile

ad-  
oco  
ba-  
nde  
m,  
a-  
ofa-  
iam  
pre-

um  
rios  
sal-  
stru  
at-  
per-  
fe-

ἀπὸ τῶν βαίτων,

ἀπὸ τῶν βαίτων  
Diuinales sunt tres,  
Mercurius, Cuius, Egemonius.





In his abbeo aborja.  
Queri mori dicitur lamentationem quod illa sit  
instauranda. id. p. 22. l. abel. indignationem, quod  
illa sit instauranda. id. pag. 16. l. abel.

sec  
m

fu  
ve  
m

ex

m

ro

te

m

g

o

n

8

d

r

o

.



sequuti postremum eidem *benè precamur*, ac totos nos devovemus §. 9.

§. 3 III. λόγος προπεμπτικός, quò sub amicorum discesum querimoniã vel indignationem infortuniam instituis mus. quae amicum nobis avellat. Hinc exercitia dulcia, & hactenus usitata in memoriam revocamus; post haec interrogamus, ubi sint promissa, quòd neuter alterum velit deserere? Magnis ta- 93.  
men viris, & Legatis, loco hujus partis, gratulamur potiùs honores. Porro oramus discedentem, ut absens etiam nostri memoriam velit alere. Possunt & urbes, quas lustraturus est, qui discedit, commendari, & voto felicis itineris res tota claudi §. 11.

§. 4. Et hæc de generis Demonstrativi specialibus materiis.

---

CAPUT NONUM.

Generis Deliberativi quatuor itidem sunt arculae.

§. 2. Et earum prima comprehendit Monitionem, Commendationem, Conciatationem, & Conciliationem.

§. 1



§. 3. In Monitione primò laudabimus monendi praeclaras animi dotes, à nobis magni semper aestumatas, sed labe quâdam, nostrò, vel aliorum judiciò, imminutas; deinde officium amici requirere dicemus, ut alter alterum admoneat ejus labeculae, quam à gente, aetate, vel convictu aliorum, contraxerit, viris aliquando magni nominis communem, sed parvo negotio corrigendam; additisque argumentis ab honesto, utili, glorioso, (quibus vitii odium, contrariaeque virtutis amorem gignamus) hortabimur, ut ad omneis praestantis viri se laudes excitet *Lib. 2. c. 21.*

§. 4. II. In Commendatione causis propositi explicatis, commendandum à probitate, fide, humanitate, eruditione, genere, aliisque laudamus, eâ in re alios nobis consentientes nacti: porrò gloriam & utilitatem à commendato nobis, aliisque reportandam polliciti, omne grati animi officium spondemus.  
§. II. l. d.



mus  
no-  
abe  
o,  
re-  
ad-  
ue,  
xe-  
nis  
rri-  
ab  
di-  
gi-  
eis  
. 2.

usis  
um  
ne,  
ali-  
rro  
no-  
o-  
us.  
s.

1. Prole notandum e, quam personam commendamus  
ut magis qm in re e ad amg. 2. ad quem commen-  
damus aliquem. Cic. l. 13. ad fam. Epl. 2. exemplum  
commendationis habet.



tu  
bu

ve  
gra  
qv  
tio

mu  
du  
am  
fla  
ro  
qu  
tus

**A**

plu  
De  
eju  
po  
sva



§. 5. III. *Concitate* sola illa videntur sufficere, quae de *ira & odii* adfectibus supra diximus. *Cap. 2. §. 1.*

§. 6. IV. *Conciliatio* bifariam fit, Nam vel nobis amorem conciliamus, vel in gratiam reducimus disside[n]s. *Ibi*, quum alicujus favorem ambiamus, *rationem* esse laudem ejusdem, edisserimus; in primis autem, *quâ quisq[ue] laude ducatur*, considerantes: *ulterius*, nos amicitia[m] non adeo esse indignos, *modestâ* nostri *laudatione* evincimus. *Hic* vero offensam dicemus oblitterandam, quod id & utile sit, & honestum, *spei meaeq[ue]* adfectus interspergendo.

---

CAPUT DECIMUM.

**A**lterius arculae themata sunt I. *Adhortatio*, ac II. *Dehortatio*.

§. 2 *Adhortatio*, quae conclusioni ut plurimum reservatur, praeter *rationes Deliberativi* generis, initio *virtutem* ejus extollit, quem hortaturi sumus; post *amorem* excitat tum *rei*, quam svademus, tum *personae*, cujus stude-

C mus



mus commodis; aliquando *miseri-*  
*diam*, aliquando *odium*, non raro *spem*  
& *metum* movet, atq; id quidem *parci-*  
*us* apud claros viros. Cap. 25. §. 1. seqq.

§. 3. II. *Dehortatio* est, quâ dicimus  
rem esse *malam*, *vilem*, *impossibilem*, *la-*  
*boriosam*, *incertam*, aut *parum utilem*:  
futum item esse, non aureos montes,  
quorum spes facta. *Exemplis* postmo-  
dum *dis simile* probamus, credulitatem  
que auditorum, & adversarii veteratori-  
um ingenium perstringentes periculo-  
rum metu terrorem animis incutimus.  
§. 12. l. d.

---

CAPUT UNDECIMUM.

**A**d *tertiam* arculam reducitur *Con-*  
*solatio*. Cap. 24.

§. 2. Haec verò adhibetur *vel dolori*,  
ex bono amisso, *vel metui*, ex amitten-  
do.

§. 3. *Ibi* considerabimus *malum ipsum*,  
*consolantem* & *consolandum*.

§. 4. *Malum leve* nec *jocos* quidem  
respuit omninò, nec *diuturnum* esse  
potest. §. 5.



Partiunt montes, & ita Horatius non allu' hese't or  
rempere verba.

Consolatio pertinet ad Genus Deliberativum.

Qualiquo' deponit argumenta illud ad hoc re,  
frendam.

Atq' Consolatio a genere deliberativo deponit

Consolatio pertinet ad genus Deliberativum.  
ergo ne dicitur.







§. 5. *Consolans minor* solatium ex grandaevo quodam Philosopho, vel aliò audisse profitebitur: *aequalis* amicitiae leges praetextet; *major* liberiùs agens etiam aliquando graviter increpabit.

§. 6. *Consolandum fortiozem* pro sapientia, & eximia fortitudine infracto animo futurum sperabimus, & magnitudini animi gratulabimur. *Consolandum infirmiorẽ* erigemus malum ipsum confitendo, condolendo, & opponendo remedia, quae ab *exemplis* eorum, qui adversa constanter tulere, item ab *honesto, utili, necessario, jucundo ac possibili* expromuntur.

§. 7. Moerentem ob *malum imminens* solamur primùm injecta spe, quae vel opinioni deleri; vel placari possit; deinceps addito animo, & contempto eventu, rebusque humanis: id quod *exemplis clarorum virotum* corroborandum venit. §. 31.

loc. dict.



## CAPVT DVODECIMVM.

**A**rculâ *quartâ* Deliberativi generis reconditur *Petitio*, eaque vel *aperta*, vel *obliqua* Cap. 25.

§. 2. *In aperta* primùm amorem conciliamus; pòst petimus, & aliquando modum ostendimus, quò sine alterius damno juvari possumus: *ultimùm* remunerationem pollicemur.

§. 3. *Obliquè* petituri, pudorem egentis obesse, nec audaciam facilè suscipiendam, dicimus, nos tamen spem de Patrono maximam concepisse, quòd aliis etiam benefecerit, & divinum sit, prodesse velle omnibus. Deinde referimus, nos eum semper parentis loco coluisse, motos illius, parentum, majorumque famâ, indeque rem *honestam, piam, justam, facilem, utilem & necessariam* petere. Porro preces addemus, & obtestationes per res & personas, quibus ipsi nil carius; & tandem animum memorem promittimus ac gratum.

§. 4.



Dist: in res honestas ac in medias.

Honestas peti possunt aperte v.g. amicitia.

Medias v. peti possunt, oblique, v.g. cum ab alijs  
petitur, et tunc querendum modus est.



Faint, illegible text on a blank page, possibly bleed-through from the reverse side.

b  
-  
-  
L  
r  
o  
a  
f  
t  
n  
  
n  
d  
c  
l  
n  
c  
t  
c  
n





§. 4. Atque ita generis quoque Deliberativi arculas excussimus.

---

CAPUT DECIMUM  
TERTIUM.

**A**D genus *Juridiciale* pertinent materiae, sequuntur. Cap. 26.

§. 2. I. *Invectivae*, ubi argumentis ex Demonstrativo genere petitis, sed sine maledicentia, invehimur, interdum in *omnem alicujus vitam*, interdum in *certa solum vitia*; ut excitemus  *pudorem facti*, & *metum poenae*: apud alios autem *iram*, *odium*, *invidiam* aliosq; talis modi adfectus.

§. 3. II. *Objurgatio*, quae, emendationem alterius sibi proponens, *homines durae cervicis*, ab ingenio mitiores, *cernit*; & *primum delictum* ob oculos ponens *proprio id*, nec molliori, nec duriori, nomine adpellat; *deinceps eodem exaggerato à circumstantiis personae, loci, temporis, modi, & à comparatione*, graviter exostulat & minatur, si durum *flectere aliter non*  
pos-



possit. Docileis autem initiò laudamus, deinde reprehensionem necessariam esse, & ab aliis eam labem etiam taxatam, ita dicimus, ut ex ore & facie ~~συμπάθεια~~ quaedam elucescat. §. 5.  
l. d.

§. 4. III Expostulatio sive querimonia de acceptâ injuriâ Cap. 27.

§. 5. Haec si levior sit, laude, joco, vel dissimulatione temperatur. Ubi factum quidem improbamus, voluntatem v. facientis, quantum licet, excusamus, vix nobis persuasuri, ex odio, contemptu, aliisque vitiosis affectibus injuriam ortum traxisse.


§. 6. Sin verò gravior, tum post expositum factum, ita temperanda sunt omnia, ut ne injuriam videamur nimis exaggerare, sed plura potius tulisse, quàm dicta, & metu adhuc majorum malorum coacti ad querimoniam fuisse.

§. 7. IV. Exprobratio, quae ingratos tangit, primò beneficium nostrum commemorando exaggerat, idque in-











vite fieri testatur: post exponit atque  
amplificat maleficium alienum tam per  
hypothesin, quam thesin ex natura in-  
gratorum. §. 4. l. d.

§. 8. V. *Deprecatio*, personis iisdem  
utitur, quas lenitatis adfectus requirit.  
(vide supra lib. II. cap. 2. §. 2.) Post aut  
demonstrat, crimen non esse malitiã  
commissum, nec adeo magnum; aut  
ingenuè culpam fatetur. Hinc tractat  
locum communem de clementiã, non  
quidem nimis evagando, sed necessaria  
tantum expromendo. Exinde adjun-  
git rationes à qualitate personae, pro  
quã dicitur, scil. à nobilitate, eruditione,  
antè actaevitae innocentia, meritis erga  
Remp. Et è quibus futurum bonum col-  
ligendum. Postremo miseri exponit  
*ἑλεεινότητα*, querimoniam, obsecratio-  
nem.

§. 9. Et tantum etiam de *inventione*  
*speciali*, quam paucissimi Rhetorum pro-  
posuerunt.



¶¶¶¶! ¶¶¶¶ ¶¶¶¶! ¶¶¶¶

## LIBER TERTIUS

De

## DISPOSITIONE,

## CAPUT PRIMUM.

**S**equitur DISPOSITIO, quae est partium orationis idonea ad persuadendum collatio.

§. 2. Partes orationis sunt, Exordium, Narratio, Propositio, Confirmatio, Confutatio, & Epilogus sive Peroratio. Quorum prima & ultima imprimis ad animos movendos; caeterae magis ad docendum valent. Et huc refertur veritus tritissimus:

Exorsus narro, seco, firmo, refuto, peroro.

§. 3. EXORDII (quod Graecis ἔπιμνηστικόν & ἑλπιότατον dicitur, praecipuum munus est praeparare auditorem ad reliquam dictionem. Quòd fit reddendo eum benevolum, attentum, & docilem.

§. 4.







Exordium, est l. apertum, ac oblitum, abruptum.

8





§. 4. Quando apertè hoc agimus, ἀρχὴ sive principium, dicitur; sin idem occultè fiat, vocatur insinuatio, Graecè ἐφ' ὁπίω.

§. 5. Laudantur exordia ex causâ ipsâ, velut nata, item modesta, ac verecunda,  
Cap. 4.

§. 6. Usitatisima sunt exordia à generali aliquo pronunciato, eoque ex intimis causae visceribus ducto: nec minus ea, quae ἐκ σεβείας dicuntur. Quum praemittimus, nos, etsi adferre possumus alia non leviora, immò etiam graviora, themate tamen nostrò contentos fore. Saepe numerò etiam occasio impellens, aut locutio exordium suppeditant. lib. 3. c. 2 §. 3. 5. 12. & 22.

§. 7. Cavenda autem sunt ea, quae nimis longè petita: item communia nobis & adversario, vel facilè commutabilia, vel nimis magnifica.

§. 8. Ὁμολογία (sive dispositio) exordii est, ut primò ponatur πρότασις Hinc κατάσκευη sive ratio. Tum ἀξιολογία sive ἀπόδοσις h. e. nova propositio



*tio*, rem imprimis tangens. Hinc *ἑξις*,  
 quae *ἀπὸ δόξης* causam adducit, remq;  
 omnem planius exponit. *Lib. 3. c. 4. §. 1.*

## CAPVT SECVNDVM.

**N**ARRATIO (*διήγησις*) rem gestam,  
ut gesta est, à principio usq; ad fi-  
nem exponit. *Cap. 5.*

§. 2. Ea interdum tota continuatur,  
 interdum partes ejus singulatim expli-  
 cantur, & amplificantur.

§. 3. Hujusmodi narratio est *confir-*  
*matio* in genere *Demonstrativo*. *Lib. 3. c. 5.*

§. 8.

§. 4. Narrationis partes sunt rerum  
 gestarum *principium, medium & finis*;  
 item quae principium antecedunt, ut  
*causae*, quaeq; finem sunt consequuta,  
 ut *effectus*. §. 12.

§. 5. Narratio esto *perspicua*, ut intel-  
 ligatur, *verisimilis*, ut credatur; *suavis*  
 & *morata*, ut libenter audiatur. E-  
 sto & *brevis*, quia taedio erit, si ulteri-  
 us producat, quàm opus est. Ari-  
 stoteles




is  
li  
l.  
—  
n,  
fi-  
r,  
li-  
fir-  
s.  
im  
is ;  
ut  
ata,  
tel-  
avis  
E-  
eri-  
Ari-  
eles

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*









Stoteles tamen mediocrem esse mavult.

§. 6. PROPOSITIO (communiter *προ-  
θεσις*, veteribus *ὑπόθεσις*) summam  
totius orationis proponit. Quae, si de-  
finit, in quo nobis cū adversario con-  
veniat, & quid in controversiā relin-  
quatur, SEJUNCTA; si unum aliquod pro-  
ponat, SIMPLEX; si verò orationem in  
parteis dividat, Partitio adpellatur.

§. 7. Partitio cum perspicua, tum etiam  
brevis esse debet; hoc est; non major,  
quàm trium, vel ad summum quatuor  
partium.

---

CAPUT TERTIUM.

CONTENTIO, quam Aristoteles *πρὸς  
ἑαυτὴν* adpellat, continet confirmatio-  
nem & confutationem. Cap. 7.

§. 2. Confirmatio argumentando cau-  
sam nostram adstruit, ita ut argumen-  
ta firmiora partim in principio, partim  
in fine collocentur: imbecilliora medi-  
um occupent.



§. 3. Argumentationes potissimum sunt *Entbymema, Inductio, & Exemplum.*

§. 4. *Syllogismus* si usurpandus, modo à minore, modo ab ipsa *conclusionem* incipimus, atque jam *majozem*, jam *minorem*, jam *utramque* probamus. §. 6. 7. 8. cap. 7.

§. 5. *Confutatio* est vel *ἐλεγκτική* quae adversarii opinionem *argumentis* convellit; vel *ἀνασκευαστική*, quae diluit argumenta adversarii. Cap. 8. §. 1.

§. 6. Fit isthoc per (α) *ἐνστάσις*; sive *instantiam*; (β) *βίβλον* sive *retorsionem*; (γ) *ἐξεδεισμὸν* sive *contemptum*; (δ) *ἀποπλάησις* sive *deductionem*; quando auditores aliò abducimus polliciti, nos postea de hoc dicturos; (ε) *interrogationem*, quae adjuvatur *ὑποκείσθαι*, id est, *actione & vocis sono*. §. 2. ad 8. cap. 8.

§. 7. *Ἐπίλογος*, Latinis *PERORATIO*, est totius orationis *clausula*. c. 9.

§. 8. *Duplex* autem ejus munus est.

§. 9. Prius est *ἀνακεφαλαιώσεις*, sive

ενῦ-



1  
.  
5  
-  
-  
7  
e  
-  
-  
re  
;  
)  
lo  
os  
o.  
s,  
8.  
-  
9.  
st.  
o  
u





en  
ru  
ali  
gu  
re

*mo*  
ve

✻  
L

H  
li

yo  
le  
id

ma





enumeratio *potissimorum* argumentorum, quae hîc dicantur cum pondere aliquo, aptis explicentur sententiis, & figuris varientur, ne videatur crambe repetita.

§. 10. Alterum est *παθοποιία*, sive *comotio adfectuum*. Nunc ad *Elocutionem* veniamus.



## LIBER QUARTUS.

De

## ELOCUTIONE.

## CAPUT PRIMUM.

**E**LOCUTIO alia *Philosophica* est, alia *Oratoria*, alia *Historica*, alia *Poëtica*.  
lib. 4. c. 1.

§. 2. *Elocutio Oratoria* est rerum *inventarum*, & *dispositarum per verba*, *sententiasq;* *expositio, ad persuadendum idonea*.

§. 3. Elocutionis *praeccepta*, vel *generalia* sunt; vel ad hanc illamve *materiam*



tiam ac dicendi characterem *restricta*.

§. 4. *Elocutio communis* dividitur in *elegantiam, dignitatem, & compositionem.*

§. 5. *Elegantia* efficit, ut unum quodque tum *purè, tum perspicuè* dicatur.

§. 6. Ad *puritatem* opus est delectu verborum. Vitanda igitur verba *barbara.* Nec indulgendum *antiquitatis* aut *inusu* *tatis.* *Sordida* etiam & *obscœna* honestis verbis circumloqui oportet.

§. 7. *Perspicuitati* inter alia repugnat sermo *ambiguus,* nimia *brevitas* & *ordo* verborum *perturbatus.*

§. 8. *Dignitas* suppeditat orationi *pi-  
luras,* sive verborum, sententiarumq;  
lumina, quae Rhetores vocant *tropos,*  
& *schemata.* Cap. 3.

---

CAPVT SECVNDVM.

**T**Ropus est vocis à propriâ signifi-  
catione in aliam cum virtute im-  
mutatio.

§. 2. Fit autem inversio significatio-  
nis *quadrifariam,* ac pro eo *quatuor*  
etiam



Pluritas vocatur et Latinitas.  
vid. et Meissn. Phil. S. P. II. p. 507.  
et peregrina vocantur.

Evidentia.

Non quod consistit in vocibus conjunctis, sed in tota Propositione.  
Meissn. Phil. S. P. I. p. 221. et seq.  
Tropi ex locis Topicis deducuntur. Il. Rhet. S. p. 2.



1. in unaq[ue] Metaphora sit proportio.
2. Metaphora non sint longè petitee.
3. Metaphora non sint terpes. v.g. res publica est castrata.  
Debilitiva.
4. Metaphora non sit de rebus versis petita.

Ed. Rhetor. stud. S. p. 99. et seq.



etiam sunt tropi primarii; Metaphora,  
Metonymia, Synedoché, & Ironia. *5. lib. Rhetor. p. 94 et seq.*

§. 3. METAPHORA, sive translatio, est  
 tropus, quo verbum à propria signifi-  
catione in alienam transfertur ob simi-  
litudinem, Cap. 4.

§. 4. Itaq; tria hic spectantur, signifi-  
catio propria, aliena, & similitudo.

§. 5. Ita scrupulus propriè dicitur la-  
 pillus in calceos viatorum incidens.  
 Impropriè ita vocatur sollicitudo, ac  
 dubitatio. Similitudo in eo consistit,  
 quòd, ut lapillus ille pedibus, ita solli-  
 citudo, animo molestiam parit.

§. 6. Nullus autem tropus plus lumina  
 nis adfert orationi Metaphorâ: impri-  
 mis, si ad sensus ipsos admoveatur,  
 maximè oculorum, qui sensus est  
 acerrimus. Ut splendor verborum, stu-  
dia florent, videre pro intelligere, & simi-  
lia.

§. 7. Ducuntur metaphoræ à (1) di-  
vinis, (2) coelestibus, (3) elementis, (4)  
meteoris, (5) lapidibus, (6) metallis,  
 (7)



(7) *plantis*, (8) *bestiis*, (9) *hominibus*, eorumque *operibus*; adeò, ut tam latè pateat Metaphora, quàm similitudo, quae se in res omneis extendit. *Lib. 4. cap. 4. §. 4.*

---

CAPUT TERTIUM.

**M**ETONYMIA est tropus, quo *causa externa* ponitur pro effectu: vel *subjectum* pro adjuncto: vel *antecedens* pro consequente, aut *contra*. *cap. 5.*

§. 2. Itaq; sex in universum sunt Metonymiae species, seu modi.

§. 3. Primus ponit pro effectu causam *externam*: eamq; vel *efficientem*, ut *Mars* pro praelio; *Livius* pro scriptis Livii; *Lingua* pro sermone, *manus* pro scriptura: vel *finalem*: ut *statuere exemplum*, hoc est, infligere poenam, quae caeteris sit documento. Sic Maro: *Aut supplexaris imponit honorem*, hoc est *victimam*, quae vergit in honorem.

§. 4. Alter modus est *effecti* pro *causa externa*: eaque vel *efficiente*, ut *pallida mors*, quia pallenteis facit: *in*

caeca



o-  
a-  
ae  
p.  
—  
Stoff: Rhetor: Sacra. p. 99.

sa  
el  
ns  
e-  
m  
rs  
i;  
I-  
OC  
fit  
is  
,  
o  
it  
re  
a  
Vd. Meiss: Philosoph. Sabr. I. 1. p. 225. et Rhetor: Sacra: Stoff.  
p. 2. et seq.

interna igni sua sc: et forma excludit.

Stoff: Rhet: Sacra: p. 22. et seq.



communiter a. et laxè et non Philosophicè et accuratè hæc  
vocabula sumuntur. Gl. Rhet. 21. Matt. 2. 5. Gl. Rh: 35. et 43.

Species-subjecti recipientis est l. propria l. analogica. Gloss.  
in Rhet. 2.

Gloss: Rh: 94 et Meiss: Philos. In par. h. p. 220.

Gloss: Rh: p. 50. et 50.

Gloss: Rh: 64.



*caeca*, quia homines efficit coecos: vel *finali*, ut, *Serta mihi Phyllis legeret*, pro floribus. Ecl. 10. *Flores* enim leguntur, ut ex illis fiant *Serta*. Est & Synecdoche totius essentialis, analogicè sic dicti, pro parte materiali.

§. 5. *Tertius est subjecti pro adjuncto*. Quò refer, (α) cùm ponitur *continens pro contento*, ut, *Roma*, pro Romanis; *patera*, pro vino. (β) Item quùm *possessor* ponitur *pro re possessa*. Ter. Heaut. *Quem te futurum censes, quem assiduè exedent?* id est, cujus opes consument.

Virgilius 2. Aen. *Jam proximus ardet Ucalegon*, i.e. domus Ucalegontis. Item (γ) *Dux pro militibus*: ut *Caesar*, pro exercitu: aut (δ) *patronus pro cliente*: ut, *Nego me restitutum*, hoc est, clientem meum. Item (ε) *signatum pro signo*: ut *Jupiter*, pro Jove picto, aut caelato.

§. 6. *Quartus modus est adjuncti pro subjecto*. Velut quum (α) *contentum* ponitur pro *continente*: ut, *vina coronant*, pro pateris: (β) *Signum pro signato*, ut, *fases & secures*, pro imperio consulari: *toga*, pro pace.

§. 7.



§. 7. Huc refer, quum *tempus* ponitur, *pro re, quae est in tempore.* Ut *Huius seculi insolentia*, Philipp. 9. *O tempus!* *O mores!* In *Catil.*

§. 8. *Vulgò* & eodem referunt, quum virtutes, & vitia ponuntur pro personis ipsis. Ut, *ars*, pro artifice: *luxuries*, pro luxurioso. Sed istius modi exempla ad *Synecdochen* potius partis essentialis, seu formae pro toto essentiali, vel formato referenda videntur.

§. 9. *Quintus* modus est, quum *antecedens* pro *consequente* ponitur. Ut *vixerunt*, pro *mortui sunt*, *discumbere* pro *coenare*.

§. 10. *Sextus* modus est consequentis pro antecedente. Ut *funus* pro *morte*.

§. 11. Duo postremi modi à quibusdam *μετάληψις* vocantur. Vide *cap. VI §. 2. infra.*

---

#### CAPIT QVARTVM.

**S**YNECDOCHE est quum *totum* ponitur pro parte, aut *pars*, pro toto. Ea fit VI. modis.



nd. Rhet. S. Gloss. p. 56.

ni-  
lu-  
o-

m  
o-  
s,  
n-  
n-  
rel

te-  
vi-  
ere

tis  
te,  
is-  
VI

ur  
Ea

21



aut et species pro individuo.

Aut individuum pro specie.

Sic Gen: 2. Somus corpus hominis dicitur terra et  
Luceo. Latarg. f. anima letari in fructu huius.



§. 2. *Primus* modus ; quum genus, quod est totum *universale*, ponitur pro specie. Ut, *Praedamq; ex unguibus ales projecit fluvio.* *Virg.* pro *aquila*. Sic, *Tollit se arrectum quadrupes*, pro *equo*, Idem.

§. 3. *Alter* modus, quum species contra usurpatur pro genere. Ut *Auster*, vel *Aquilo*, pro vento quolibet. *Faler- num*, pro quovis *vino* praestanti. *Telum* pro quibusvis armis. *Mel Hymet- sium*, pro quovis melle, *Spica Cilisfa*, pro quovis croco. Genus autem & Species latius h. I. accipiuntur.

§. 4. *Tertius* est, quum toto essentiali, quod constat materia & forma, utimur, vel pro *materia*, vel pro *forma*, v. g. *Aeneas ad Deiphobum VI. Aen. versu 507.* Nomen & arma locum servant ; TE, amice, nequivi Conspicere - Ubi tō TE exponit Servius *corpus tuum*. Sic vers. 362. lib. cit. Nunc ME fluctus habet - - - - - i. e. *corpus meum*. Vide Taubm, Comm. in Virg. p. m. 713. 2.



## 44 ELEM. RHETOR.

B. Huc referunt nonnulli etiam illud *Mariae Magdalенаe Job. XX. §. 2. ac 13. Sustulerunt Dominum meum, h. e. Domini mei corpus. Ita n. B. Dn. D. Gerh. in harmon. de resurr. Christi p. m. 86. Tulerunt τὸν κῶμα εἰς τὸν τάφον, h. e. CORPUS Domini, vulgatâ loquendi consuetudine, quâ CORPORIS EXUVIIS ipsius defuncti nomē tribuitur. Sic Angeli ipsi dicunt. Marc. XVI. §. 6. videte locū, ubi posuerunt EUM, h. e. CORPUS ejus. Et Job. XIX. §. 42. ubi posuerūt JESUM, h. e. CORPUS Jesu. Haec. B. Gerh. Similia vide ib. p. 12. 13. 29. 85. 87. 88. 92. 107. Et 112. Gemella occurrūt apud Brentiū exeget. in D. Job. Evang. edit. Haganoae in 8. a. 1529. p. 337. 338. Hunnū Cōment in Johannem edit Francof. in 8. 1595. p. 760. 761. Et 764. Et c. Dn. D. Glasii in Rhetor. sacr. p. m. 454. ubi ita. Sic JESUS seu DOMINUS pro CORPORE ejus mortuo, Job. XIX. 42. c. XX. 2. 13. conf. v. 12. Et Luc. XXIV. v. 3. Mulieres eis εἰσελθεῖσαι εἰς τὸν τάφον τὸ σῶμα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ. Adde Et Luc. XXIV. §. 23. τὸ σῶμα αὐτοῦ. §. 24. αὐτὸν aliosq;. Confer etiam Job. XIX. §. 38. Et 40. c. XX. §. 12. ubi disertè ponitur*



A-  
u-  
rei  
n.  
u-  
n-  
LIS  
re-  
u,  
Et-  
.e.  
ide  
re-  
D.  
.p.  
dit  
c.  
54.  
OR-  
13.  
ei-  
8.  
8.  
ob.  
po-  
147



Vid. Theoloo: Rom: p. 497 de d<sup>o</sup> Godi 1, 5. ubi  
anima q<sup>ue</sup> in Agyptu<sup>o</sup> descendunt, e<sup>st</sup> femore Jan  
corasse Tar p<sup>er</sup> el Ap<sup>osto</sup>lis Celov: p. 185.

nit  
tur  
da  
Ch  
cip  
bo

ma  
est  
ca  
M  
ru  
pr  
stu  
po  
lat  
gò

in  
bu  
fer

in  
ve  
au  
gl



nitur  $\sigma\omega\mu\alpha$   $\text{In}\sigma\delta$ . Sed longè aliter videtur accipi vox  $\kappa\upsilon\epsilon\iota\sigma$ , quando Maria Magdalena de resurrectione Christi ab ipso Christo jam plene confirmata, ita ad discipulos ait: §. 18. c. cit.  $\epsilon\omega\rho\alpha\kappa\alpha$   $\tau\omicron\nu\kappa\upsilon\epsilon\iota\sigma$ , hoc est, vidi DOMINUM.

§. 5. *Quartus*, quum contrà *pars* formalis, aut materialis, ponitur pro toto essentiali. Ita *formae* Synecdoche est, *candida anima* pro homine candido.

*Materiae* a. Synecdoche est, quum *aurum, argentum, aes* pro pecunia: *ferrum* pro gladio: *avena, aut arundo*, pro fistulâ ex avenâ, vel arundine confecta ponuntur. Item tropus in his quoq; latet *gemmâ bibere, dormire ostro*. Vulgò *Metonymiam materiae* adpellant.

§. 6. *Quintus* modus, quum totum *integrale* sumitur pro parte. Virg. *Pabula gustassent Trojae, Xanthumq; bibissent*. Sic *Orbis* pro Imperio Romano.

§. 7. *Sextus* modus, quum contrà *pars* integralis ponitur pro toto. Ut *Lepidum* vel *ridiculum caput* pro homine lepido, aut ridiculô. *Puppis* pro navi, *Mucro* pro gladio, *Tectum* pro domo.

§. 8.



§. 8. Ad quintum sextumq; modum refer, quum numerus singularis ponitur pro plurali; aut pluralis pro singulari: aut denique certus pro interto.

Ut, *Romanus praelio victor*. Liv. pro Romani victores.

*Pulchra verecundo suffundens ora rubore*. Ovid. 1. Met. hoc est, os sive vultum.

*Sexcenta licet ejusmodi referre*. Cic. 2. de Div. h. e. quamplurima.

### CAPUT QUINTUM.

**I**RONIA est tropus, quo intelligitur contrarium ejus, quod dicitur: unde *illusio* aliquibus dicitur. *Id populus curat*, scil. Terent. *Ades dum, bone vir*, Idem Cap. 7.

Sic *Penelope de impudica*: Cato, de stolido. Ubi simul Antonomasia est.

§. 2. Atq; hi tropi sunt *primarii*.

§. 3. Quae verò Rhetores nonnulli hîc addunt, ea, si adcuratius examinentur, vel Troporum *Species* sunt, vel eorundem *Affectiones*, vel ad Tro-

pos



it. cum nomen Rotundus ponitur pro majore, mi-  
norive.

De Inomia. vide Class. Rhetor. Sup. 76 et seq.  
cognoscitur vel a se ipsa per participationem  
Inomia est Inominosa. Inominosa est Inominosa.



Dicere pro credere est Metalepsis g<sup>o</sup>seq. p<sup>o</sup> antec.  
iubeo pro volo. ē metalepsis. antec: pro g<sup>o</sup>sequen

Sl: Rhet: p. 411.



pos non pertinent: quippe vel ad Grammaticam referenda, vel ad Figuras Rhet.

---

CAPUT SEXTUM.

**T**Roporū species sunt μετάληψις,  
Αντωνομασία, Λιτότης.

§. 2. METALEPSIS, Latinè transsumptio, vocatur, quum antececedens ponitur pro consequente, aut contrà: estque species μετωνυμίας, ut superius dictum est. Cap. III. §. 9. At aliud est μετάληψις, quum adfectio tropi est, ut postea dicetur. Cap. VII. §. 2.

§. 3. ANTONOMASIA est Synedoches species, quâ proprium sumitur pro communi, vel contrà.

§. 4. Prioris modi est, Irus pro paupere; Thersites pro deformi; Cato pro sapiente; Maecenas pro doctorum patrono.

§. 5. Alterius modi est, parens pro patre, Philosophus pro Aristotele, urbs pro Româ, Poëta pro Homero, vel Virgilio, Apostolus pro Paulo.

§. 6. Huc refer Periphrasin non recipro-



ciprocam : ut *Trojani belli scriptor*, pro Homero. Nam & *Dielys Cretensis* & *Dares Phrygius* in simili occupantur argumento.

§. 7. LITOTIS, quam extenuationem, Latine dixeris, fit, quum minus dicitur, & plus intelligitur : unde synecdochae subjici posse, liquet. Ejusmodi Litotis in his.

*Munera nec sperno* 7. *Aeneid.* id est, lubens accipio.

*Non laudo*, id est, reprehendo. Ter. in Andr.

---

CAPVT SEPTIMVM.

**A** Dfectiones troporum praecipuae sunt quatuor; Metalepsis, Allegoria, Cathacresis, Hyperbole.

§. 2. METALEPSIS est tropus multiplex in voce unâ ; quum scilicet ex unâ significatione proceditur in alienam.  
Ut;

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Virg. ubi ponuntur aristae pro spicâ; spica pro messe; mes sis pro anno; coq; & aristae pro anno.



ro  
&  
ar-  
m  
ur,  
iae  
to-  
lu-  
in  
—  
uae  
ego-  
lex  
una  
am.  
nira-  
istae  
an-  
S. 1



Matts. 11. 10. Prover. 15, 16. Matts. 5. 12.

Meisn: Ps. S. P. 1. p. 221

St. Rh: S. p. 461

Ut ita dicam.  
liceat ita loq.  
ut auctoris h<sup>2</sup> verbis utar.  
vid. Rhet: Diel: p. 9.

St. Rh: S. p. 469.

in orationibus Vid. Meisn: Philos. S. P. 1. p. 221.  
Si Hypobole e in uno verbo ad Rhetor: utinet, si u.  
d. in tota oratione e erofm Logicis: ut puella  
nive candidior.  
Species Phlogos amplificatio. s. exupatio. Sic. 15. 16.  
Marc. 16. 16.  
Matts. 13. 57.  
Matts. 10. 22.  
Luc. 15. 8.  
Job. 21. 23.  
Job. 12. 20.  
Metobis extenuatio. Vermis & hore.  
v. 25. 7.  
El. 11. 14.  
Job. 25. 6i  
Gen. 18. 27.  
Diel: Rhet: p. 10, 11.



§. 3. ALLEGORIA est tropi in vocibus pluribus continuatio. Ut *Claudie jam rivos, pueri, sat prata biberunt.* Virg. id est, desinite canere, quia satis audivimus. *Parturiant montes; nascetur ridiculus mus.* Horat. de magna expectatione, sed in ludibrium abeunte. Cap. 9. §. 4. *Mag. Rh. 5. p. 481. et seq.*

§. 4. CATACHRESIS, sive Abusio, est tropi durities quaedam. Ut quum vox aliqua licentiùs à propriâ significatione ad aliam deflectitur: velut *gurges & vadum*, pro mari. Talis est etiam in istis: *fruges pabescant. & geminant.*

*Instar montis equum divinâ Palladis arte*

*aedificant.* Virg. 1. 2. *en:*

*Breve liliu, apud Horat. pro non diuturno. Quicq seruo longum consiliu.*

§. 5. HYPERBOLE, quasi dicas, Superjectio, est oratio augendo, vel minuendo superans fidem. Cap. §. 16.

§. 6. Augendo: ut, *nive candidior, melle dulcior, acior Euro,* Cic. Philipp. 2. *Vomens frustis esculentis vinu redolentibus*

D

bus



bus gremium suum, & totum tribunal implevit.

§. 7. Minuendo: ut testudine tardior,  
Minus nibilo.

CAPIT OCTAVUM.

**A**D tropos quoque vulgò, sed falsò,  
referuntur, sex species irrisionis,  
Sarcasmus, Diasyrmus, Charientismus,  
Asteismus, Mycterismus, & Mimesis.  
Cap. 10.

§. 2. SARCASMUS est hostilis irrisio su-  
per jam mortuo, aut certò morituro.  
Ut Ave Rex Judaeorum Matth. XXVII.  
1. verbis virtutem illude superbis 9. Aen.  
v. 634.

§. 3. DIASYRMUS est inimica irrisio,  
sed extra caedem. Ut, Asinus ad ly-  
ram.

Interstrepit anser olores. Eclog. 9.

§. 4. CHARIENTISMUS à lepore & gra-  
tià nomen accepit; estque jocus cum  
amoenitate mordax. Ut Davus pri-  
stinum deprecans, Bona verba quae se.  
Sic, Dì meliora.

§. 5.



ad. Hoff. Rhet. Sp. 76.

proprie competit caribg. uictu in <sup>sup.</sup> se carnen con  
tendentibg.



Civ. Quis generum meum attingit gladio suo.

Horat:  
O cives cives quenda pecunia prius.  
Rhet. Loes: p. 550.



LIB. IV. CAP. VIII. 51

§. 5. ASTEISMUS est jocus urbanus. Ut, Qui Bavium non odit amet tua carmina, Maevi. Virg. Nam Bavius malus Poëta, & illo deterior Maevius erat.

§. 6. MYCTERISMUS fit, quum naso suspenso quempiam subfannamus. Μυκθήρ enim est nasus. Magis gestu exprimitur, quam verbo.

§. 7. MIMESIS, Latinè Imitatio, refert aliena verba, oratione directa, idq; ferè ad risum. Ut

*At ego nesciebam, quorsum tu ires :  
Parvula.*

*Hinc est abrepta, eduxit mater pro sua.*

*Soror est dicta : cupio abducere, ut redam suis.* Ter. Eun.

§. 8. Huc etiam referri solent, quae ad Grammaticen potius, quam Rhetoricen, videntur pertinere : atque vel ad Ἑτυμολογίαν, ut Ὄνομαστοποιία & Ἀντιφρασις : vel ad Syntaxin, ut ὑπαλλαγή.

§. 9. ὌΝΟΜΑΤΟΠΟΙΙΑ nihil

D 2

aliud



52 ELEM. RHETOR.

aliud est, quàm nominis fictio à sono:  
ut, *balare, grunnire, boare, binnire.*

§. 10. ANTIPHRASIS est vox à contrariò  
dicta. Ita vulgò ajunt, *bellum* vocari,  
quod minimè sit bellum; *Parcas*, quòd  
minimè parcant; *lucum*, quòd mini-  
mè luceat. Sed quid de istiusmodi exem-  
plis statuendum sit, exponitur in Institu-  
tionibus Vosii prolixè, quas vide.

§. 11. ὑΠΑΛΛΑΓΗ est, quum rerum,  
ordo invertitur. Ut, apud Ciceronem  
pro Marcello: *Gladium vaginà vacuum*  
*in urbe vidimus*, pro *vaginam gladio*  
*vacuam.*

*Brutium ponto feriente Corum.*

Id est, Coro Brutium pontum feri-  
ente. Seneca in Thyeste.

---

CAPIT NONUM.

De

SCHEMATIBUS.

**A**ltera dignitatis oratoriae pars in  
*Schematibus* sive *Figuris* versatur.  
*Lib. 4. cap. 11.*

§. 2. Est verò Schema forma ora-  
cio-




Collo colūm papūlat lacteſis nel; Atropos erat.

Dare clasſib; ctuſtros. p. clasſes auſtriv. Virgil.

Vede. Sl. Rh. S. p. 516. et ſeq.







LIB. IV. CAPUT IX. 53

tionis, quâ haec aliô quôpiam modô,  
quâm inversione significationis à vul-  
gari consuetudine immutatur in melio-  
rem.

§. 3. Schemata sunt duplicia; verbo-  
rum & sententiarum: Graecis σχήματα  
λέξεως καὶ δειξιῶν.

§. 4. Verborum Schemata sunt tri-  
plicia; quaedam consistunt in subticen-  
tiâ sive defectu; quaedam in abundan-  
tiâ, sive excessu; quaedam in reliquo  
corpore orationis.

§. 5. Subticiantiâ figurant orationem  
Asyndeton, & Ellipsis.

§. 6. ASYNDETON est copulae defectus,  
Virg. 4. Aen.

Ferte cito flammâs, date vela, impellite  
remos.

§. 7. ELLIPSIS verò est alius cuiusdam  
partis, aut particulae defectus. Ut,  
1. Aen. Sed vos qui tandem? ubi omitti-  
tur, estis.

§. 8. Excessu figurant orationem Po-  
lysyndeton & Pleonasmus.

§. 9. POLYSYNDETON est abun-  
dan-



54 ELEM. RHETOR.  
dantia copulae. Cicero in Epist. *Me prae  
caeteris & colit, & observat, & diligit.*

§. 10. PLEONASMUS est alius cujusdam  
partis, aut particulae abundantia. Ut, 4.  
Aen. *Vocemq<sub>3</sub> his auribus hausi.*

---

CAPVT DECIMVM.

**S**chemata, quae in reliquo sunt corpo-  
re orationis, vel eandem ponunt vo-  
cem, vel simileis.

§. 2. Schemata, quae <sup>n</sup> eandem ponunt  
vocem, sunt sequentia.

§. 3. ANTANAKLASIS dicitur,  
quum usurpatur vox eadem appellatio-  
ne (sive quoad literas) non significatione  
Ut, *Quur eam rem tam studiosè curas,*  
*quae multas tibi dabit curas?* Cornific.  
Cap. 12.

Amari jucundum est, si curetur, ne,  
quid insit amari. Idem.

§. 4. Huc pertinet ΠΛΟΚΗ, quum  
vox unô locô personam, aut rem, alterô  
mores, aliamve qualitatem, significat.  
Ut,

Ad



Rætiis magis competit;

Sl. Rhel: S. p. sig. Calov. Apud: p. 225.

Opa mea hæc ipsa collaboravit opera,  
Quid facies facies veneris cum veneris  
Ne peas p. eas ne sed eas, sed eas.



Jesus Nazareng & mich vorè Jesh.

Staf: Rh. S. p. 573.

Staf: Rhed. p. 519.



Ad illum diem Memmius erat Memmius : id est, sui similis. Sic etiam :

Simia est simia, etiamsi aurea gestet insignia.

§. 5. ΣΥΝΟΝΥΜΙΑ est, quum verba idem significantia conjunguntur. v. g.

Abiit, excessit, evasit, erupit, Cicer.

Cat. 2.

Promitto, recipioque, spondeoque, Philipp. 4.

§. 6. ΕΞΕΡΤΑΣΙΑ est congregatio sententiarum idem significantium.

Ut, Cic. pro Ligario : Quid enim tuus ille; Tubero, in acie Pharsalicâ gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? quis sensus erat armorum tuorum? quae tua mens; oculi, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?

§. 7. ΑΝΑΦΟΡΑ est repetitio ejusdem vocis in principio. Ut Georg. 4.

Te dulcis conjux, te solo in littore secum,

Te veniente die, te decedente cavebat.



§. 8. ΕΠΙΦΟΡΑ, sive ΕΠΟΣΡΟΦΗ, est re-  
 petitio ejusdem vocis in clausulis.

Ut, Poenos populās Rom. justitiā vicit,  
armis vicit, liberalitate vicit Cornif.

§. 9. Quod si Anaphora & Epiphora  
 concurrant; ΣΥΝΤΙΛΛΟΚΗ vocatur.

Quis legem tulit? Bullus. Quis majorem  
partem populi suffragiis privavit? Bullus.

Quis comitiis praefuit? Idem Bullus,  
 Cic. Agr. 2.

§. 10. ΕΠΑΝΑΛΗΨΗ est repetitio  
 ejusdem vocis initio praecedentis, &  
 fine sequentis sententiae. Ut, Ovid.  
 Fast.

Qui bibit inde furit: procul hinc dis-  
cedite, quaeis est.

Cura bonae mentis: qui bibit inde  
furit.

§. 11. ΑΝΑΤΙΠΛΩΣΙΣ est repetitio  
 ejusdem vocis in fine praecedentis, &  
 initio sequentis sententiae. Ut.

Ecce Dionaei procescit Caesaris astrum,  
astrum, quo segetes gauderent. Virgil.  
 Eccl. 9. *Regressio.*

§. 12. ΕΠΑΝΟΔΟΣ est, quum, quae  
 prio-



te.  
rit,  
ra  
r.  
em  
us.  
is,  
io  
&  
id.  
if-  
e  
io  
&  
n,  
il.  
ge  
o-

Glaf. Rh: 519.

Gl: Rh: 520.

Gl: Rh: S. p. 520.

Gl: Rh: S. p. 518.

Gl: Rh: S. p. 520.





Sic moriantur ut semper vivant, et sic vivunt ut semper moriantur. Bernard:

St. Rh. 8. p. 517.  
ab em. Ser. v. ep. Julijano

Erubescit vincitur Judael, g. Parth. St. Rh. 518.

St. Rh. 521.



priori erant posita locô, posteriori; & quae posteriori, ea priori locô repetimus. Ovid. Heroid. Epist.

*Demophon vovetis, & verba & vela dedisti:*

Vela queant reditu, verba carere.

*Semivatio, fide.*

§. 13. Ἐπιτευξίς, est, quum vox aliqua repetitur cum vehementiâ. Ut Virg. Eccl. 5.

*Ipsa sonant arbusta, DEUS, DEUS ille Menalca.*

Cic. Verr. 7. CruX, cruX, inquam, infelici & misero.

Scala §. 4. κλίμαξ, seu Gradatio, eodem verbo connectit superiora inferioribus. Ut, *Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria aemulos comparavit.* Cornif.

§. 15. Πολύπλωλον, quum idem verbum variatô repetitur casu, id est, terminatone.

Ut Cic. *Sed pleni sunt omnes libri, plenae sapientum voces, plena exemplorum vetustas.*



Littora littoribus contraria, fluctibus undas, Imprecor, arma armis. 4. Aen.

---

CAPVT VNDECIMVM.

**S**chemata, quae simileis repetunt, non seasdem voces, potissimum sunt sequentia. Cap. 13.

§. 2. Παρυμέρον conjungit voces, quarum una ab altera derivatur. Ov.

Tu quoque Pieridum studio studiose teneris,

Ingenioque faves, ingeniose, meo,

§. 3. Παρονομία sive Agnominatio est, quum parva verbi immutatione in aliam planè sententiam deflectitur oratio. v. g. Seneca, epist. XXVII. Numquam satis dicitur, quod numquam satis discitur. Cato, ut ait Iullius de Oratore, quum cuidam dixisset; Eamus deambulatum, ait ille quid opus est te? Imò vero, inquit quid opus est te.

§. 4. Ομοίωσις sive similiter cadens, est quum plura iisdem casibus feruntur. Ut, est idem Verres, qui fuit semper;




bus  
non  
se-  
es,  
ose  
atio  
in  
ra-  
am  
sci-  
re,  
bu-  
re-  
ca-  
ef-  
fuit  
per;

Sto: Par: p. 522.









*semper; ut ad audendum projectus, sic paratus ad audiendum, Cic.*

§. 5. *ὁμοιόλευτος*, sive *Similiter desinens*, est, *quum cola, aut commata, eodem sonō terminantur*, verb. grat.

Cic. in Maniliana: *Ut ejus semper voluntatibus non modò cives assenserint, socii obtemperarint, hostes obedierint; sed etiam venti tempestatesq; obsecundarint.*

§. 6. *Παρήχησις* est, *quum una, pluresve syllabae vocis antecedentis in alià ejusdem membri repetuntur*. Ut, *Palla pallorem incutit*. Plaut.

*O fortunatam natam me consule Romanam!* Cic.

---

CAPVT DVODECIMVM.  
DE SCHEMATIBUS.

ΔΙΑΝΟΙΑΣ.

**S**chemata *διανοίας* alia ad *inventionis*, alia ad *dispositionis* ornatum adhibentur. Vide infra cap. XVI.

§. 2. Primùm videamus de iis, quae sunt *inventionis*. Suntq; sequentia.

¶ 6

§. 3.



§. 3. Πρόληψις, sive Occupatio, est, quum id, quod ab adversario objici posse putamus, anticipamus atque diluimus.

§. 4. Partes ejus sunt duae; ὑποφορά, que objectionem proponit; ἀνθυποφορά, quae objectioni respondet. E. g. Objectionis est in illo Diodonis apud Maronem Aen. 4.

*Verum anceps pugnae fuerat fortuna.  
At ἀνθυποφορά est, Fuisset. Quem metui moritura?*

§. 5. Prolepsi similis est ὑποβολή sive Subjectio, quae multa, quae pro adversario dici possunt, breviter & minutatim proponuntur; atque ad singula breviter item respondetur. Sic Cic. pro Plancio: *Malè judicavit populus: at judicavit, non debuit: at potuit, non fero: at multi clarissimi & sapientissimi cives tulerunt.*

§. 6. Ἀνακοίνωσις sive Communicatio, est, quae adversarium adhibemus in consilium, aut cum iudicibus, quid faci-



Gloss. Rhet. S. p. 560.

Trolypsis unam includit subiectionem.

Ἐπιβολὴν plures.

M. Rh. S. p. 560.

Q,  
ici  
ue  
ca,  
po-  
b-  
ro-  
na.  
rui  
ive  
er-  
ta-  
ula  
Cic.  
: as  
ro:  
ives  
ie,  
in,  
fa  
ci





Cicer: *Art. 4.*, 19. Petrus et Johannes hanc figuram co-  
randerati Ecclesiasticam utebantur dicentes:  
Iudica te ipse Deus an magis hominibus obedi-  
eris.

A *παρακατα* et *εὐδοκία* confessio. h. v. ubi *παρακατα* simul  
et *εὐδοκία* dicitur.  
Kerermannus dividit *παρακατα* et *εὐδοκία*  
*παρακατα* in eam, cum nihil damni retundat in eum,  
eum concedimus, et eam, cum damni aliquid retundat,  
dat in eum *εὐδοκία* concedimus. Alii *παρακατα*  
dist. in simplicem et veram in rebus veris et crimi-  
nibus manifestis, et in simulatam aut fictam.

Gloss. R. h. S. p. 561.



ciendum sit, quidque factum oportue-  
rit, deliberamus.

Cic. pro Caecinna: Quaero si te ho-  
diè domum tuam redeuntem coacti homi-  
nes & armati, non modo limine tectog-  
aedium tuarum sed primo aditu, vestibul-  
og, prohibuerint, quid acturus sis?

§. 7. Παρρηλογία, sive Confessio est,  
quum callidè omnia adversario permit-  
timus.

Cic. pro Ligari, Habes igitur Tubero  
(quod est accusatori maximè optandum)  
confitentem reum: sed tamen ita confiten-  
tem, &c.

§. 8. Ἐπιτροπή, sive Concessio, est, quum  
aliquid largimur adversario, ut reli-  
quum feramus Virg. 7. Aen.

Non dabitur regnis (esto) prohibere  
Latinis:

Attrahere, atque moras tantis licet ad-  
dere rebus.

---

CAPUT DECIMUM  
TERTIUM.

SEquuntur illa etiam Schemata,  
D 7 qui-



quibus ad explicandum aut exaggerandum utimur. Suntq; sequentia.

Rh. S. S. p. 5. 2. ΓΝΟΜΗ, sive Sententia, est generale pronunciatum earum rerum, quas in agendo sequimur aut fugimus. Tales sententiae passim occurrunt.

id. S. 3. ΝΟΗΜΑ, sive Cogitatum, est; allusio ad sententiam, sive sententia personae accommodata.

E. g. Gnome est, nihil est tam populare, quam bonitas. At Nonna est quum Cicero Caesari hoc accommodat O. rat. pro Ligar. Nihil habet nec fortuna majus, quam ut possis; nec natura tua melius, quam ut servare velis quamplurimos.

Rh. S. n. S. 4. ΜΕΡΙΣΜΟΣ, sive Distributio, est, quum totum in species, aut parteis deducimus.

Lycurgus apud Rutilium Lupum; Cujus omnes corporis partes ad nequitiam sunt appositissimae, oculi ad petulantem lasciviam, manus ad rapinam, venter ad aviditatem, virilis naturae membra



Υῠομη εἰ 1. theoretica. 1. practica.

Sententias loq non citivis est qd q nec apud sapientes  
semp loquenda<sup>est</sup> s. sententia<sup>est</sup>. Ariles.

Υῠομη frequen<sup>ti</sup>orem habet usum.

Aurora musis amica. Υῠομη.

Sic v. Υῠομη addere vellem; h. m. institueri possent  
& elegans ἐπιθυμη. Non spero vestrum quousiam  
ei, qui nescire queat, quam grata et accommodata  
sit aurora litoris et accepta Musis. Υῠομη:  
Veritas odium parit. quum Michas habet verita-  
tatem picit, odium sibi contrahit.

Hac figura multum inferit oratoribus ubiq;



Quia causa est logos, ratio. inde nihil aliud est quam causa  
se ratio.

Ingeniosissime hic annexanda voces, ut causam  
facile observant. Quo referuntur (1) διαλογος  
(2) ἀναλογος. (3) μεταλογος. (translatio: in locum  
dignitatem. (4) Color in q. refertur etiam calumnia  
ἡ ἀπολογία dicitur etiam. Fit igitur in universum haec  
figura cum rediunt causam per accidens minus ve-  
ram calidam, tu. q. probabitur.

Haec figura proprie inservit narrationibus. d. o. q.  
clausis aliis. sine peribit tu. q. stare oportet.

Haec figura est in rebus praeteritarum l. futurarum  
Utraque describit vel corporis habitum l. corporis  
situm l. gestum. l. factum l. unum quid ex his omni-  
bus commixtum.

Spiritus S. in terra non solum exhibet conclusiones  
verbales d. et reales, q. actiones propheticae sunt.  
Vid. A. P. d. p. 370. et R. d. p. 506.



bra, quae non possumus honestè adpellare, ad omne genus corru, & elae, Pes adfugam: prorsus, ut aut ex hoc vitia, aut ipse ex vitiis ortus videatur, &c.

§. 5. ΑΙΤΙΟΛΟΓΙΑ est, quum in nar- No. Rb. 5  
p. 562.  
rando facti ratio adjicitur.

§. 6. Eleganter autem fit cum gradatione. Ut in illo Ovidii. *fieri haec potest ab  
gradatione.*  
Viderat hanc, visamq; cupit, potiturq;  
cupitâ.

§. 7. Quod si causa sit magis speciosa, quam vera, COLOR dicitur.

§. 8. Διαλύσις est, quum res ita clarè, copiosèque exponitur, ut comm specta-  
ri videatur.

Quomodo Cicero in Milonianâ describit apparatus Milonis, & Clodii illius in rheda confidentis, ac penulati: hujus in equo, & cum delectis villâ egredientis, ac pugnantis è loco superiore, & quae sequuntur.

§. 9. Quod si simplicior dilutiorque fuerit descriptio, επιόλιπσις vocatur.

Ut, haec Maronis. 5. Aen.

Con-



Constitit in digitos exemplo arrectus  
 uterque  
 Brachiaque ad superas interitus extu-  
 lit auras.

§. 10. Sed vulgò ἁγνύσεως, & ἰσο-  
 τύσεως, pro eodem schemate habentur.

§. 11. Εἰκὼν, sive Imago, est assimilatio,  
 protasi & apodosi carens, facta per vo-  
 cem similis velur, tanquam, instar, quae  
 aut aliam hujus generis. Cap. 7.

Virgil. Os humerosq; DEO similis.

Cicero in Vatinius. Repente enim  
te, tanquam serpens e latibulis, oculis e-  
minentibus, inflato collo, tumidis cervici-  
bus, intulisti.

§. 12. Παράδειγμα, sive Exemplum,  
 est, quum factum, sive actus aliquis  
commemoratur, ut eo ostendatur, ali-  
quem vel simile facturum, vel facere  
debere.

Ut Periculum est ne quemadmodum  
Marii & Syllae disfidium, ita Pompeji  
& Caesaris, laceret Rempublicam.

§. 13











LIBER IV. CAPUT VIII. 85

§. 13. Παράβολὸν sive Comparatio, est, quum ad illustrandum id, de quo sermo est, petitur similitudo ab iis, quae fuerint, aut naturam, casive rebus in-  
sunt.

Quales mugitus, fugit quum saucius  
aram,

Taurus, & incertam excussit cervicem,  
securim. Virgil.

§. 14. Συμβολὸν sive Collatio, est, quando substantiam cum substantia, aut accidens cum accidente, conferimus, ut ex oppositione hanc pateat, quantopere conveniant, aut differant.

Ut, si conferas Alexandrum & Caesarem; oleum, & vitem.

§. 15. Huc pertinet etiam ἀνομοίωσις sive ἕτεροπαί. e. disimilitudo vel differentia.

Ut, Non enim quemadmodum in palae-  
strâ, qui taedas ardentes accipit, celerior  
est in cursu continuo, quam ille, qui im-  
dit: ita melior imperator novus, qui acci-  
pit exercitum, quam ille, qui decedit.

CA.







Hæc v. addibenda ē, cum aliquis dūc vocabula aut  
Synonyma dijudicat, ut Sapiens et Prudens, tūc  
παρὰ δὲ ἄλλω sic possum obicere: non prudens  
sed Sapiens.

Eleganter adponitur etiam ratio conjunctionis, dicitur  
παρὰ δὲ ἄλλω etiam opponitur per ἐπὶ ἀντιθέσει  
Conjunctio itaq; est certa inter has duas figuras.  
Hæc refertur etiam τὸ ἴδιον.

Maenam hæc figura cognationem habet cum  
Epitheto.

Non domo dominus, sed domus honestanda ē  
Exercitus cervorum formidabilior dicitur Leone,  
quam Leonum luce cervo. Chabrias.

Vos. Dist. in ἀντιθέσει et in ἀντιθέσει.

Dist. nominali in ἀντιθέσει simplex, q; in ὁ ἴδιον  
ho ἰσότητος et ἰσότητος. s. m. triplex quod  
posteriori priori gratia.

Elegantissima hæc contraria sine interpositione est  
dam vocabuli sibi opponitur.

Erunt mors sine morte, erit finis sine fine, defectus  
sine defectu. quia mors semper vivit, finis semper incipit et de,  
sed deficere nescit. Gregor. l. IX. Moral.

Est vel Major. l. brevior. l. brevissima. atq; Pa.  
Cydebeos circulis plerumq; inclusa.



Hac figura respondet πᾶσι βαβυλῶν et nūc erat  
ad figuris dispositionis. Vos: ideo hic locavit.  
Quia πᾶσι βαβυλῶν necessario ἐπινοδοῦν recedit.

Texta molis erat Romanam condere gentem.

Hac figura multum communicationis habet in  
effectione troporum ὅτις ποδῶν. Scely p errato,  
magis vno/dolys qm vltibus, qd consistit in  
unica voce.

Hac figura λαπρόβητῃ contraria.



alicujus rei, quae tamen ad utilitatem  
causae pertineat, extra ordinem excur-  
rens tractatio. *usq[ue] huj[us] figura sit par[iter], nisi materia*

Qualis illa de laudibus, Cn. Pompeji  
in orat. pro Balbo. *sterilis.*

§. 6. Ἐπίστροφος est ad propositum re-  
ditus.

Cic. lib. 2. de Or. Sed ut eò revertatur,  
unde haec declinavit oratio,

§. 7. Ἐπιφώνημα, sive Acclamatio est, *Pl. Rh. 5*  
quum rei narratae, aut probatae, velut  
coronis adjicitur pronunciatum ex su-  
perioribus expressum, Ut,

Adeo à teneris advescere multum est,  
Virg.

§. 8. Ἀύξινσις est, quum utimur verbo  
excedente rei magnitudinem.

Ut apud Ter. Sacrilega, & venesica,  
pro improbâ: scelus, pro erratô.

§. 9. Ἐπιείκεια, est, sive Μείωσις, quum  
verbo humiliore, quàm pro re, uti-  
mur.

Ut, quum attigis se eum dicimus, qui  
vulneravit. Sic erratum pro scelere: se-  
verus pro crudeli dici solet.

§. 10.



§. 10. Παράλειψις est, quum praeterire nos velle dicimus, quod interim in transcurso dicimus.

Cic. pro Cluent. Mitto illam primam libidinis injuriam, mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsum matrimonio filiam.

St. Rhet. §. p. §. II. INCREMENTUM est, quum velut gradibus quibusdam pervenitur ad summum.

Facinus est, vincire civem Romanum; scelus, verberare; propè parricidium, necare: quid dicam in crucem tollere?  
Cicer.

St. Rhet. §. p. §. II. Περίφρασις est, quã rem unam multis ambimus verbis.

Ut, Romanae eloquentiae pater; pro Cicerone. Item, Ire ad requisita naturae.  
Salust. § περι κορηολοβίαν ίον.

St. Rhet. §. p. §. III. Εκφώνησις, sive Exclamatio, est oratio, in qua interjectio expressa aut intellecta, indicat animi adfectum. Unde & pronuntiatio intenditur, ad significandum rei magnitudinem.

Ut



ire  
in  
am  
eri  
ut  
ut  
ad  
m;  
n  
e?  
n  
oro  
ae.  
est  
aut  
In-  
ni-  
ut

Hac figura ingeniosa est, ita tamen instituenda, ut  
brevis fiat.  
Feynerus dist. παραβολα ψω in Definitam et inde  
finitam.

Hac figura multum in servit oratoribus, sed  
ingeniosa est.

In his ultimis includit analogia verbalis.

Επι Προφητα. et ex Προφητα differunt, illa si-  
gura in fine, haec in principio. Illa in fine par-  
tate rei tanquam colophonis loco adijcitur, haec  
etiam in medio.  
Si vis me flere, dolendum tibi pro. Hoc oratori-  
um multum ad persuadendum.



Aureoq[ue] alias vocatur figura u[er]ba. Mo-  
defiam n[on] oratoris subinuit, et movet, quod  
ille non omnia sol[um] sapiat.  
In L[et]eris adhibita multum ad attentionem facit  
V[er]ba u[er]ba q[ue] in implicitatem et explicitate

U[er]ba h[ab]et figurae etiam in reb[us] seruis t[ame]n ioco-  
sis.

alias vocatur etiam q[ue]risio et fit t[ri]bu[er]e de q[ue]risio-  
ne ad exprimend[um] animi affectus, aut ut  
transc[un]dit ad alia graviora aut ob inu[er]-  
sionem l[et]er impellationem alteri[us] personae.



LIB. IV. CAPUT. XV. 69

Ut pro Marcello; O clementiam admirabilem, atq; omni laude, praedicatione, litteris, monumentisque decorandam!

Cic. in Pisonem: O scelus! ô pestis! ô labes!

S. 14. Ἀπορία sive Dubitatio, quum, Gl. Rhet. dicimus, nescire nos, quid dicere, vel agere debeamus. Gl. p. 560.

Cic. pro Ligario: Itaque, quò me veram, nescio.

Virg. Eloquar, an fileam?

---

CAPUT XV.

Ἐπαύρθωσις, sive Correctio est, quae tollit id, quod dictum est, & pro eo, quod magis idoneum videtur, reponit.

Cic. Quas ille leges, si modò leges nominandae, ac non faces urbis, & pestes Reipubl.

S. 2. Ἀποσιώπησις, sive Retiscentia, est, quum ita abrumpitur oratio, ut vix appareat, quid dicturus quis fuerit, Virg. I. Aen.

Quos



Quos ego; sed motos praestat componere  
fluctus.

§. 3. SERMOCINATIO propriè est,  
quùm sermo affingitur personae, quae  
praesentis sit instituti.

Cujusmodi sunt orationes multae a-  
pud historicos, & poëtas.

Gl. Rh. S. p. §. 4. Προσωποποιία sive Personae effi-  
Th: 728 ctio, est, quum rebus mutis sermonem  
tribuimus, aut vitâ defunctos, tam-  
quam vivos; aut absenteis etiam, tam-  
quam praesenteis, loquenteis induci-  
mus.

Ut quum apud Cic. pro Caelio Ap-  
pius Coecus excitatur, ad Clodiam, ob  
Ibidinem, objurgandam.

Gl. Rh. S. §. 5. Ερωτησια seu interrogatio, est,  
p. 553. quando, ubi rectâ oratione uti liceat,  
sermonem inflectimus. Virg. in Ecl. 3.

Nonne ego te vidi Damonis, pessime  
caprum.

Gl. Rh. S. p. §. 6. Αποπροφή est, quum sermonem  
Th: 728 aliò avertimus, quàm instituta oratio  
requirit.

Cic



Quem ego si sensero, sed qd opus ē. Ter:  
nihil aliud ē qm. δαδοσθεως.

πεποιθητων personar. et ποταω. pingo. facio,  
alias confirmatio, qd se. conforma nq nos  
sua verba ad alias personas.  
V. Slog. Rhet. 5. p. 188.

Usus huius figurae ē in confirmationibus, ob-  
jectionibus, contestationibus, coniferationibus,

Quis duplicem interrogationem personarū  
q̄ prius ad dramaticam pertinet quam the-  
toricam et eundem s. figuratam q̄ h̄g. Ter.  
Et h̄g. id. duo sunt modi priusq̄ responsio-  
nem nullam facit, alter, cum interro-  
gans sibi ipsi respondit.

Usus huius figurae Quiritilianus ē, cum in-  
vadimus hostes l. adversarios, cum invocamus  
aliquem etc.



Gloss. Rhet. Sacr. p. 568.  
Et l. perfecta l. imperfecta.

in seruit tunc p. spicuitati tunc attentioni.

Gloss. Rhetor Sacra. p. 570.



Cic. pro Milon. *Vos enim, Albani tumuli, atq; luci, vos, inquam, imploro, atq; obtestor.*

1. Aen. *Musa mihi causas memora.*

§. 7. Atq; haec de Schematibus, quibus Inventio exornatur.

## CAPVT XVI.

SEquuntur jam Schemata, quae, dispositionem ornant.

§. 2. Μεταβασις sive Transitio est, quum inferitur aliquid orationi, ut ab eo, quod diximus, transgrediamur ad illud, quod superest. \*

Cic. Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam.

Virgil.

*Haecenus arborum cultus, & sidera  
Nunc te, Bacche, canam.* (coeli)

§. 3. Ἀποδιωξις sive Reiectio, est quum aliquid in alium locum, vel tempus reijcitur.

Cicero pro lege Manilia: Sed de Lucullo dicam aliò locò &c.

§. 4. REVOCATIO est, quum, quia-  
loni



longiores aliquâ in re fuerimus, orationem ad principium revocamus.

*Ut, Hac de re quid attinet dicere? erit aliàs opportunior dicendi locus.*

§. 5. De Tropis & Schematibus vidimus, quantum tironi sufficiat.

§. 6. Atq; inde patet, quomodo *dignitatem* conciliare orationi nostrae possimus. Vide supra lib. IV. cap. 1.

§. 8.



## LIBER QUINTUS.

### CAPIT PRIMUM.

**Q**VUM verò supra (lib. IV. c. 1. §. 4.) dictum fuerit, non solum *Elegantiam ac Dignitatem*, sed *Compositionem* etiam ad praecepta *Elocutionis Communia* requiri, restat, ut jam nonnihil de *Compositione* moneamus.

\* §. 2. *COMPOSITIO* est idonea verborum, sententiarumq; structura.

§. 3.



o-  
it  
vi-  
li-  
ae  
l.  
Q  
4.)  
m-  
em  
m-  
de  
oo-  
3.

ad quem pertinent Tropi Schemata.





Constructura vocabulorum maxime differunt  
sed non unum idemque est.

Hanc Socrates et Theopompus summe observa-  
runt. Cicero v. et Demosthenes plerumque

Concurrunt autem vocales primae in una eademque  
voce prima, in fine precedenti et initio sequentis  
dictionis, ut v. concurrunt vocalium dices, conspici-  
tantium vitandus est.

De ordine plures regulas collegit Vogelium  
in suis elegantibus.



§. 3. Complectitur ea Juncturam, Or-  
dinem, Periodum, & Numerum.

§. 4. JUNCTURA praestat, ut oratio  
sit lenis & mollis; aut sonora, ac gran-  
dis.

§. 5. Atque hîc praecipitur, ut sonus  
literarum observetur.

§. 6. Etenim è vocalibus maxumè  
sonat A, proximè O, inde U, hinc E, po-  
stremum locum obtinet I.

§. 7. Ex consonantibus minus sonant  
mutae, atq; ex his ipsis minimè tenues,  
nisi accessione spiritus, sive literae, H,  
tenuium exuerint naturam.

§. 8. E semivocalibus L. molle est,  
M. firmum, N. siccum & tinniens, R. a-  
sperum, S. humidum, X. stridulum, Z.  
suavius.

§. 9. Porro hîc laborandum, ut ca-  
veatur crebra vocalium concursio; e-  
jusdem literae vel syllabae, in initiò  
aut fine frequentatio, & continuatio plu-  
rium syllabarum brevium, vel longa-  
rum.

§. 10. ORDO exigit, ne inconcinna  
E fiat,



fiat verborum trajectio: item, ut, cre-  
 scat oratio, nec graviori id, quod le-  
 vius est, subjiciamus: item, ne turbe-  
 tur naturalis ordo; eoque potiùs di-  
 camus, viros ac foeminas; diem ac no-  
 tem; ortum & occasum, quàm ordine  
 inverso.

§. II. PERIODUS, juxta Ciceronem,  
 est oratio in quodam quasi orbe in-  
 clusa procurrentis, quoad infistat in ab-  
 solutâ sententiâ.

§. 12. Estque vel simplex, vel duo-  
 rum, vel trium, vel summum quatuor  
 membrorum: qualis illa pro Caecina:  
*Si quantum in agro, locisque desertis, au-  
 dacia potest; tantum in foro atq; in judi-  
 ciis impudentia valeret: non minus in  
 causa cederet Aul. Caecina Sex. Aebutii  
 impudentiae; quàm tum in vi faciendi  
 cessit audaciae.*

§. 13. Periodi partes aliae sunt majo-  
 res, quae Graecis *μέλα*, Latinis membra  
 dicuntur: aliae minores, quae Graecis  
*κόμματα*, Latinis vocantur *inversa*.

§. 14. Sed contra, quum apud Gram-  
 marum



re-  
le-  
pe-  
di-  
no-  
ne  
  
m,  
in-  
ab.  
  
uo.  
tuor  
ina:  
au-  
udi.  
os in  
buti  
ndi  
  
ajo-  
mbn  
aeci  
  
ram  
m

Grac:  $\mu\omicron\nu\omicron\kappa\omega\delta\omicron\varsigma$ , didg.  
Grac:  $\delta\omicron\kappa\omega\delta\omicron\varsigma$ ,  $\tau\epsilon\tau\omicron\kappa\omega\delta\omicron\varsigma$ ,  $\lambda\epsilon\lambda\gamma\alpha\kappa\omega\delta\omicron\varsigma$ , qui  
sc: communi nomine periodici  $\delta\omicron\kappa\omega\delta\omicron\varsigma$ ,  $\tau\epsilon\tau\omicron\kappa\omega\delta\omicron\varsigma$   
in l. quatuordecim membrorum vocatur  $\pi\omicron\lambda\omicron\upsilon$   
 $\kappa\omega\delta\omicron\varsigma$  et hic dispartitur in  $\iota\omicron\delta\kappa\omega\delta\omicron\varsigma$  et  
 $\epsilon\tau\omicron\delta\omicron\varsigma$ .

Grammatici n. sensu Orationis Rhetoris  
v. magnitudine et numero Syllabarum com-  
mata est cetera verbis.



Caesar primus - voo Anapetg voo -  
Molose! --- Baggeg v--

Amphimacg - o - Alrochaeg - v - o  
Pavan gratg voo -  
Quodling et jumbo et et amphimacg gffur  
v. g. Reipublicae. o - - v -

et hinc Cicero dixit. Verbum in delictum  
aerum quocumque iudicio ponderare.



maticos fit, si *comma* fuerit longum, ut, si septem syllabas excedat, *colon* nominatur, & *colon*, si fuerit breve, ut si minus sit, quàm septem syllabarum, *commatis* nomen accipit.

§. 15. NUMERUS Ciceroni est modus quidam orationis, qui è permistis & confusis pedibus, & temporum, quibus constant, apta ratione nascitur.

§. 16. Numerus hic diversus est à poetico - à quo abhorret orator. Ac multum observatur in principiis, ubi Paeon primus, Molosus, Anapaestus, itemque Baccheus; minus in mediis, ubi Jambus & Trochaeus in primis, aliquando & Spondeus; potissimum verò in clausulis, ubi Spondeus antecedente Cretico sive Amphimacro, Paeon quartus, juxta Aristotelem, item Dochimus & Ditrochaeus adhibentur.

§. 17. Adhibetur autem hic ABRIVM judicium; sed praestantium oratorum lectione firmatum.



§. 18. Atq; ut negligentia, ita cura nimis anxia vitanda est.

---

CAPIT SECUNDVM.

QUAE haecenus diximus, *universè* respiciunt Elocutionem. Nunc videamus, ut ea variet pro materiâ diversâ. Vide suprà lib. IV. c. 1. §. 3.

§. 2. Est autem triplex dicendi CHARACTER: *magnificus*, sive sublimis; *humilis*, sive tenuis; & *mediocris*, sive aequabilis.

§. 3. SUBLIME dicendi genus potissimum locum habet in rebus *magnis*: Ut de DEO ac Republicâ &c. Unde in rebus *heroicis* ac *tragicis* praecipuè adhibetur.

§. 4. Constat gravium, & sublimium verborum amplâ atq; ornatâ structurâ.

§. 5. Metaphoras petit à rebus grandibus.

§. 6. Schemata adhibet vehementiora: ut *exclamations*, *protopopoeias*, *apophorhas* &c.

§. 7. Adfectibus ciendis idoneum est.

§. 8. Vitium ejus est, si *turgidum* sit &




ni-  
-  
rsē  
vi-  
er-  
IA-  
bu-  
ae-  
si-  
Ut  
ous  
ur.  
um  
urā,  
an-  
tio.  
apo.  
est.  
sit  
&

δὲ ἀρμόδιον τὴν ἀείψαν ἰδὲ ὑποκειμένῳ  
Νόμῳ. Ἄρτεσ. Lib. III. Rhetor. 12.









& inflatum, vel insolentiâ horridum.

§. 9. Contra HUMILE genus convenit rebus tenuibus, Ac contentum est verborum proprietate, metaphoris usitatis; item acumine, ac lepore.

§. 10. Sententiarum schemata rarius usurpat, abstinere amplificationibus, in signioribus numeris, & periodis accuratioribus.

§. 11. Præcipuè adhibetur in epistolis, & disputationibus philosophicis.

§. 12. Videndum autem, ne neglectum nimio fiat jejunum, & exsangue.

§. 13. Genus MEDIUM, seu mediocre, in rebus mediis usurpatur.

§. 14. Estq; humiliter sublimi; sed sublimius humili: eoque nec vehementiora illa schemata amat; nec infimam sequitur dicendi rationem.

§. 15. Hic in primis conveniunt paria paribus, contraria contrariis reddita, & casus in exitu similes, & hujus generis alia.

§. 16. Vitium ejus est fluctuans, & incertum: quomodo vocatur, si nunc



humile genus fugiens, nimis adsurgat;  
nunc tumidum atque inflatum vitans,  
humi serpat.

§. 17. Haecenus de elocutione. Su-  
per est postrema Rhetorices pars: quae  
est de Pronunciatione sive Actione.

---

CAPUT TERTIUM.

Suprà diximus, (lib. 1. cap. 1. §. 8.)  
**S**quatuoꝛ esse Rhetorices partes,  
posteaquam igitur tres priores sunt ab-  
solutae, *ultimam* etiam, sed satis diffi-  
cilem, & ex usu potius, quàm praece-  
ptis discendam, brevissime proponimus.

§. 2. Vocatur autem Pronunciatio, vel  
Actio.

§. 3. PRONUNCIATIO, sive ACTIO, est  
vocis gestuumq; pro rebus, & verbis apta  
confirmatio.

§. 4. Ejus quasi fundamentum est MEM-  
MORIA: quâ res jam inventas, dispositas  
& exornatas, firmiter animo, compre-  
hendimus.

§. 5. Partes pronunciationis sunt  
duae



at;

ns,

u-

ac

B.)

is,

ab-

ffi.

ce-

ns.

vel

est

pta

Mb

itas


pre-

nt

uas







o  
n  
p  
t  
t  
t  
c  
n  
d  
d  
n  
fi  
in  
m  
ta  
m  
ci  
fl





duae; una *vocem* format; altera *corporis motum*. A priori munere haec pars *pronunciatio*; à posteriori, *Actio* vocatur. Quarum tanta est vis in eloquentia, ut iis primas, secundas & tertias tribuerit Demosthenes.

§. 6. *Vox esto, clara, itemq; varia, & cavenda maxumopere μονοτονία.*

§. 7. Praeterea cavendum, ne nimis sit *praeceps* vox tua, sed cum morâ quâdam proferatur.

§. 8. Pro ratione auditorii vel *intendatur*, vel *remitatur*.

§. 9. In exordio sit *submissior*, postea magis *insurgat*; in narratione *plana* sit *apertaque*, in contentione *acrior*, & in epilogo *excitata*.

§. 10. Res grandes dicendae sunt cum *majestate* quâdam; atroces *conciatè*.

§. 11. Svademus voce *gravi*, laudamus *magnifica*; irati utimur *incitatâ*, crebroque *interruptâ*; miserati autem *flexibili ac tristi*.

§. 12. Universus corporis status esse



80 LIB. IV. CAP. X. ELEM. RHET.  
debet erectus & celsus.

§. 13. Vultus pro rerum naturâ esto  
*laetus, tristis, blandus, mirax, erectus, de-*  
*missus &c.*

§. 14. *Brachia* non sunt projicienda,  
nisi in vehementi adfectu.

§. 15. *Pectus* ferire, aut femur, propè  
scenicum videtur. Ac tantum etiam de  
ultimâ Rhetoricae parte.

Μόνω τῷ Θεῷ δόξα.






to  
le-  
la,  
pè  
de









FIGURARUM RHE-  
TORICARUM  
USUS,  
IN  
VARIATIONE  
ET AMPLIFICATIONE  
UNIUS SALTEM VER-  
SICULLI.

PRIVATIM à QVIBUS-  
DAM DISCIPULIS  
TENTATUS,

JAM VERO  
OMNIUM OCULIS  
SUBJECTUS.



FIGURARUM RHE-

YORICARUM

U S U S

VARIATIONE

ET AMPLIFICATIONE

UNIVERSALITER

ALIBI

PRIVATIM & QUIBUS

DAM DISCIPLINIS

TENTATIVE


UNIVERSO

OMNIUM OCELLIS

SPRINCE









B

E  
P

D

A

tui  
let  
eog  
nij  
suc  
qv  
op  
mi  
bl





ADOLESCENTI  
NOBILISSIMO  
BERNHARDO  
PFLUGIO,

ÆQUITIMISNICO, IN  
POSTERSTEIN HAEREDI-  
TARIO, &c.

DISCIPULO OBSEQVEN-  
TISSIMO, ET SATIS IN-  
DUSTRIO.

**A**bsque dubio recordaris etiamnum,  
NOBILISSIME PFLUGI, hactenus  
inculcatum à me saepius fuisse coe-  
tui concredito, quàm ex sangvia sint sce-  
leta disciplinarum instrumentalium, ad-  
eoque RHETORICES quoque pæcepta,  
nisi animam trahant, vitamque ac  
succum omnem ab usu quotidiano. Quas  
quum vero sint consona maxumè, ideo id  
operam dedi usque, ut TIBI, aliisque com-  
militibus TUIS in Scholis tam pu-  
blicis, quàm privatis, quas pro muneris  
ratione



ratione adorno, perspicue ostenderetur,  
quomodo **ELEMENTA NOSTRA**  
**RHETORICA** transferri ad usum fe-  
liciter ac dextere tum debeant, tum pos-  
sint. Etenim quoties Auctores Latinae  
partim, partim Graecae linguae expono,  
sive publice id fiat, sive privatim, quos  
**TROPOS** observare liceat, & quas  
**FIGURAS**, vetut ad oculum demon-  
stro. Deinceps **INVENTIONIS** ac **DIS-**  
**POSITIONIS** doctrinam usui adpli-  
care doceo, dum themata epistolarum,  
quae oratiuncularum vice esse possunt,  
ad seriem praeceptorum conformata, &  
à nobis è vernaculâ in Latinam transfe-  
renda trado. Quâ porro ratione unam  
eandemque sententiam per figuras Rhe-  
toricas, potissima **ELOCUTIONIS** instru-  
menta, & variare & amplificare studio-  
sa pubes queat, id ante elapsum hunc  
annum privatim ostendi, occasione ad-  
reptâ ex pentametro quodam Beustiano,  
qui summam sive argumentum Evans-  
gelii, quod pridie explicatum fuerat,  
ingeniosissimâ brevitate complectitur.  
Quae tandem circa **PRONUNCIA-**  
**TIO.**



TIONEM sive ACTIONEM obser-  
vanda veniunt, ea omnia, ut probè no-  
sci, in exercitiis Oratoriis, iis cum primis,  
quae dramatis speciem prae se ferunt se-  
dulò inculco, moneoq, quomodo materia  
conformanda, & pro ejus varietate vari-  
anda sit & sonor vocis, & gestuum, toti-  
usque corporis, habitus ac decor. Haec  
omnia, quamquam plurimam partem nat,  
idè tradita, (quando quidem pro Gymna-  
sij ratione Rhetorices profesio publica CL.  
Dn. Conrectori sit demandata:) nolo cui-  
quam invidere. Quin opto potius ex  
animi medullis velut Graeci loqui amant,  
ut omnes perspectissima illa habeant. Et  
hac sine elaboravi aliquamdiu, ut publici  
juris fierent, quae privati huc usque fue-  
rant. Sed video nimium excrescere  
laborem, neque in eas angustias, quas vels  
lem quidem, contrahi posse & includi. Id-  
circo, cum edenda denuò ex Dn. MAR-  
TINI MULLERI, Bibliopolae Naum-  
burg. voto ELEMENTA nostra essent,  
dumtaxat particularem hanc PRA-  
XIN, hac quidem vice, adjicere volui,  
DOCTORUM VIRO RUM judicium  
hoc



boc modo exploraturus, utrum scilicet  
consultum illi iudicaturi sint, reliqua  
etiam cum DEO ac die in lucem & tenebris  
adferere.

ΤΙΠΙ *τιπιδ*, NOBILISSIME PFLU-  
GI, opellam istam nuncupare volui, vel  
ideò, quod versiculum illum, à TE TUUS<sup>qz</sup>  
Sympalestritis ad *χερσωνωνία* meam hunc  
in modum μετὰ μὲν φωνὴν ἔντα, studiosissime  
in Diaria seu Adversaria TUA coniecisti,  
è quibus & repetendus jam fuit. Vale  
interim, ADOLESCENS NOBILISSIME,  
& ad MAJORA nate; vale, inquam, ex  
voto; eaqz colligere in ista aetate aestate  
perge, quibus olim juvare pariter & orna-  
re publicam patriae communis salutem  
possis. Dabam ex muséo in vigiliis MAR-  
TINI, anno epoch. Christ. cl. lxx LVI.


T.

M. J. S. Mitternacht.


Va-



Fragment of text from the adjacent page, including characters such as 'l', 'c', 'e', 's', 'o', 'x', 'e', 'l'.









Variatio Versus BEUSTIANI  
per Schemata Rhetorices  
nostrae.

*Sentit opem certè, sit modò certa fides,*  
ASYNDETON.

Sit certa, sit firma, sit rata fides; & o-  
pem certò sentiet.

ELLIPSIS.

Si certa modò fides, opem certò sen-  
tiet.

POLYSYNDETON.

*Et opem, & auxilium certò fides sen-  
tiet, si modò & vera, & sincera, & fixa  
fuerit.*

PLEONASMUS.

*Ea ipsa fides, quâ & agnoscimus De-  
um, & ipsi confidimus, si modò certa sit,  
ac perseveret, opem certò sentiet.*

ANTANACLASIS.

*Fides tua, quâ certò fides, certè opem  
sentiet. (Fides loco posteriore,  
est verbum Futuri  
temp. à Fido.*

ΠΛΟΚΗ.

*Fides, si modò fides est, certò opem  
sentiet.*

SY.



### SYNONYMIA.

1. Fides, si modò certa sit, *petit, sperat, expectat, immò impetrat, sentit & reportat opem.*

2. Fides, si certa sit, *firma, immota & extra omne dubium constituta; certè opem sentit.*

### EXERGASIA.

Quid verò fidem, si modò certa illa sit, & firma, prodesse putatis? Reverà illa ipsa est, quae Deum ad miserationem precum nostrarum impetrat; quae opem & auxilium divinum coelitus in nos derivat; quae de omnibus calamitatibus, quibus cum conflictati sumus aliquamdiu, triumphat; quae denique, quidquid petimus & exoptamus, certò assequitur, & reportat.

### ANAPHORÁ.

*Fides est, quae Deum nobis conciliat:  
Fides est, quae opem divinam impetrat:  
Fides denique est, quae omnia bona quasi ex ipsius Dei manu acceptat,  
Sed tamen non quaevis fides haec facit; verum illa tantum, quae certa est,*



at,  
or-  
&  
o-  
il-  
rà  
o-  
ae  
in  
ni-  
us  
e,  
tò  
at:  
at:  
o-  
at,  
ec  
a  
ft,



est,  
tra  
-o  
fide  
da  
cer  
tit  
fuj  
ef.

mi  
sci  
Si  
un  
op  
ra  
D  
de  
ce

ra  
di





est, quae expers dubiorum, & instar petrae immobilis subsistit.

#### EPIPHORA.

Id, quod ad Deum adscendit, *certa fides est*; id, quod cor Dei ad exaudiendas preces nostras emollit ac inflectit, *certa fides est*; id, quod opem certò sentit, *certa fides est*; id, quod nihil non à supremo Numine impetrat, *certa fides est*.

#### SYMPLOCE.

*Si quaeramus*, quid sit illud, cuius adminiculò divinam opem impetremus? scire necesse est, *id esse fidem certam*.

*Si quaeramus*, ecquâ ratione auxilium coeleste impetrare liceat? nòsse oportet, *id esse fidem certam*. *Si quaeramus*, ecquis sit canalis ille, per quem DEI gratia, & vera salus in corda nostra derivetur? novisse decet, *id esse fidem certam*.

#### EPANALEPSIS.

*Certa fides est*, quae DEUM ad miserationem nostri invitât; & quae opem divinam certò sentit, *certa fides est*.

#### ANADIPLOSIS.

Id,



Id, quô, velut extensâ manu, DEI gratiam, opem & auxilium accipimus, nihil est, nisi *fides*; *fides* verò non ficta, non ore vanò jactata, sed vera, sed sincera, sed immobilis ac certa.

#### EPANODOS.

1. *Credere* antè oportet; & certâ quidem fide, ut *opem* & *auxilium* divinum sentias; non verò antè *opem* & *auxilium* sentire decet, ut deinceps demum credas.

2. Certa *fides* praecedat, necesse est, *auxilium* divinum; non verò *auxilium*, illud divinum, *fidem*.

#### EPIZEUXIS.

*Fides*, *Fides* est, quae si certa & immota fuerit, nihil non à DEO, inprimis autem divinam opem & auxilium impetrat. Hanc ergò, hanc inquam, si conflictaris cum calamitate, adhibe, & senties, quàm pronus in vota tua sit Deus.

#### KAIMAE.

Verbum DEI est, quod *fidem* in nobis accendit; *Fides* verò, si certa fuerit, est, quae ac *preces* coelo ablegandas



a-  
nil  
o-  
a,  
  
tâ  
vi-  
u-  
le-  
  
ft,  
z  
  
o-  
is  
n-  
fi  
&  
fit  
  
o-  
e-  
n-  
as





da  
C  
au  
le

ha  
de  
re  
li  
ta

n  
fi  
in  
tu  
re  
v  
fi

L  
e  
n





das nos impellit, & *preces* deniq;, si in Christi nomine factae fuerint, *opem atq; auxilium* certo certius impetrare solent.

#### POLYPTOTON.

Fides, si modò fidei *verae* naturam habeat, & ea omnia, quae ad *veram* fidem venerabiles verbi *divini* tabulae requirunt; *certò certum* auxilium coelitus impetrandum spondet, quin *certam* opem sentit.

#### ΠΑΡΗΓΜΕΝΟΝ.

Vera ac certa *fides* in *fidelibus* hominibus, DEO & sanctissimo ejus verbo sincerè *fidetibus*, non est auxilii *divini* inanis; sed, quidquid illi *confidenter* petunt, impetrat. Et attestantur *historiarum* monimenta, nullum unquam, qui *veram* in Dei bonitate *fiduciam* locavit, sine auxilio *divino* derelictum fuisse.

#### ΠΑΡΟΝΟΜΑΣΙΑ.

Fides *certa*, & in casu dubio *exserta*, plerumq; est auxilii *divini* *referta*. Etsi enim illa Deo non *impenat*, ab ipso tamen omnia facile *impetrat*.

#### ΟΜΟΙ.



ΟΜΟΙΟΠΤΩΤΟΝ.

1. Fides nostra, si certa fuerit, & indubia, Deum ad ferendam opem *impellit*, ipsam opem *sentit*, & eadem corda nostra, crucis æstu tantum non exhausta, suavissimè *reficit*.

2. Fides *vera*, fides *certa*, fides *immota* nunquam fuit, nunquam erit frustranea; sed *opem*, sed *auxilium*, sed *solatium impetrat & reportat*.

ΟΜΟΙΟΤΕΛΕΥΤΟΝ.

Fides, si precetur *confidenter*, si instet *ardenter*, si expectet *patienter*, divinam opem *impetrabit*, palmam ab hostibus *reportabit*, & si ad finem usq; vitæ perduret, aeternum *triumphabit*.

ΠΙΣΤΕΩΣ.

1. Site solatii sentias *inopem*, *opem* divinam verâ certâque fide implores. Sic enim senties, te in *opem opem* non frustra quaesivisse.

2. Quoties cum sortis iniquitate *certas*, *certâ* fide Deum accedas. Quicquid enim Deum rogabis, per fidem *certam*, *certò* impetrabis.

SE



in-  
im-  
cor-  
ex-

im-  
ru-  
la-

stet  
am  
ous  
er-


res.  
n

er-  
aid  
my

SE







vi  
fir  
no  
fic  
qu  
jac  
ig  
op  
  
tr  
ob  
ip  
vo  
ca  
E  
vo  
te  
ca  
it  
D





SEQUUNTUR SCHEMATA

ΤΗΣ ΔΙΑΝΟΙΑΣ.

ΠΡΟΑΗΨΙΣ.

Si fides, ceu vulgò dicimus opem di-  
vinam certò sentit, ecquì sit, quòd plu-  
rimi, qui fidem jactant, divinam opem  
non sentiunt? Sed respondeo, non suf-  
ficere, ut fidem jactes; neque me un-  
quam dixisse, quòd omnes, qui fidem  
jacent, divinam opem sentiant. Sit  
igitur certa fides tua, & certò divinam  
opem senties.

ΥΠΟΒΟΛΗ SUBJECTIO.

Quì fides mea divinam opem impe-  
tret, cum ea sit infirma? cum ipsemet  
ob peccata à Deo potiùs fugere, quàm  
ipsius opem petere debeam? Cum  
verbum divinum disertè adserat, pec-  
catores à DEO non exauditum iri?  
Esto: sit infirma fides tua, modò sit  
vera; sis peccator, modò peccatorum  
te poeniteat: non exaudit DEUS pec-  
catores, scilicet impoenitentes. Si  
itaque de peccatis doleas, & vel mini-  
mam fidem, modò veram, & non si-

mi-



mulatam habeas, per illam ipsam fidem  
infirmam licet, divinam opem impe-  
trabis.

ΑΝΑΚΟΙΝΩΣΙΣ.

1. Tu equidem, pessime Cacodae-  
mon, id omni molimine agis, ut fidem  
meam infringere, meq; ab implorando  
divino auxilio avertere possis: & hac fi-  
ne indignitatem meam, infirmitatemq;  
fidei nimio opere exaggeras. Sed an ideò  
obsequendum tibi censeam? Nequa-  
quam. Quaero enim ex temet ipsò, quid  
tute facturus esses, si scires, ipsum DEI  
filium pro te mortuum fuisse? Annon  
cum fiducia ad ipsum accurreres? An-  
non opem ipsius & implorares & impe-  
trares, & certò expectares?

2. Non equidem diffiteor, justissi-  
me virorum & mortuorum Judex, me  
multis & abominandis modis contra  
mandata tua venisse. Sed recordor  
insimul, Te verbis blandissimis pec-  
catores evocasse, opemque & refe-  
ctionem illis fuisse pollicitum. Itaque  
ex




em  
pe

lae.  
lem  
ndo  
c fi.  
mqi  
deò  
qua-  
quid  
DEL  
non  
An-  
ope.

cisi-  
me  
ntra  
rdor  
pec-  
refe-  
aque  
ex





en  
ce  
an  
fu  
T  
tu  
fe  
sp  
no  
te  
o  
ti

d  
in  
m  
b  
f  
J  
n  
a  
r





ex Te, piissime Jesu, quaerere jam liceat, annon serio semper volueris, atque etiamnum velis, ut miseri, & sub peccatorum mole gementes, ad Te veniant, & per certam fidem opem tuam cum implorent, tum reportent ac sentiant? venio itaque & ego, & certo spero, confidoque, fore, ut fides mea non sit frustranea, sed eandem bonitatem & opem tuam, qua refecti sunt jam olim fideles omnes, impetret & sentiat.

ΠΑΡΟΜΟΛΟΓΙΑ.

Apage verò cum nugis tuis, perditissima caro! Objicis, me saepius invocasse DEUM, non sensisse tamen opem. Concedam tibi hoc lubens meritoque. Non enim certae fide suffultae fuerunt preces meae. Jam certo certae cum fiducia ad Deum meum confugio. Cur dubitem igitur, num impetraturus sim opem? Etenim

Sentit opem certè; sit modò certa fides.

ΕΠΙΤΡΟΠΗ,

F.

TU



Tu eqidem, Spiritus nequissime, urges, me hactenus magis paruisse tibi, quam Deo, ideoq; pro merito esse, ut à facie divinâ abjiciar. Sed quid inde? Utrumq; tibi concedo. Ne autem æternum pereundem sit mihi, eum accedam per fidem, qui tibi caput contrivit, pro peccatis meis satis fecit, & peccatoribus miseris gratiam & refectioem, promisit, quam impetrabunt, quotquot ex verâ vide clamabunt.

ΤΝΩΜΗ.

Tritissima est juxta ac verissima Poëtae sententia, ita canentis:

Fidentem nescit deseruisse Deus.

Quâ perspicuè satis subinnuit, Deum pro immensâ suâ misericordia non posse, nec velle denegare auxilium certae priorum fidei. Quicumq; igitur certâ ad Deum fide accedit, is opem certis impetrabit.

ΝΟΗΜΑ.

Quandoquidem fides, si certa fuerit, certè opem sentiat; ego quoque certâ fide suffultus preces ad DEUM  
fun-



ur-  
di,  
ut  
e?  
er-  
ce-  
rit,  
to-  
n-  
not  
  
ö-  
  
m  
on  
er-  
er-  
ti-  
  
e-  
e-  
M  
n-

*[Faint, illegible text in a medieval script, likely Gothic or similar, covering the majority of the page. The text is too faded to transcribe accurately.]*





fu  
qu  
tit  
hâ  
vic

ni  
ag  
m  
De  
qu  
bu  
pr  
m  
at,  
fec  
vis  
ces

be  
no  
da  
ip





fundam, neq; vel tantillum dubitabo  
quin Deus me sit exauditurus, & imper-  
turus opem atq; auxilium, cujus in  
hâc mea calamitate maximè indigere  
videor.

ΜΕΡΙΣΜΟΣ.

Homo fidelis, qui paternam Dei bo-  
nitatem ex sanctissimò ejusdem verbò  
agnovit, ac certò persuasus apud ani-  
mum est, verissima esse, quae pollicetur  
Deus: ideoque nullus dubitat, ad se  
quoq; pertinere; quae promissa fide-  
libus omnibus fuerunt: certò, si non  
primò statim momentò, aliquando ta-  
men, tempore scilicet oportuno, senti-  
at, Deum non frustra fuisse invocatum,  
sed opem promissam reverà imperti-  
visse, atq; dedisse ea omnia, quae ne-  
cessaria fuere.

ΑΙΤΙΟΛΟΓΙΑ.

Si fides nostra, quantum in hâc im-  
becillitate fieri potest, certa sit ac firma,  
non est omninò, quur de impetran-  
dâ divinâ ope dubitemus; quin hanc  
iplam certo certius sentiemus. Ete-

F 2

nim



nim non solum divinorum oraculo-  
rum tabulae exsertis verbis adseverant,  
certam fidem nihil non impetrare; sed  
ipsa rerum Magistra, Experientia, etiam  
à condito mundo in haec usq; tempora  
idem confirmat. Et praeterea pater-  
nus Dei amor, quo est in fideles, horum  
fuspiria, ex verâ fide orta, nequaquam  
sinit esse frustranea.

ΔΙΑΤΥΠΩΣΙΣ.


Si te, me frater, variae, & eae quidem  
latis acerbac, exerceant ac vexent ca-  
lamitates, ita, ut hic cum Satanâ, &  
horrendis inferni larvis, illic cum fe-  
rocibus mundi monstris, isthic verò  
cum proprii cordis imbecillitate lu-  
standum tibi sit, ne despera, ne ab-  
jice arma, aut terga verte, sed verâ  
certâque fide cor tuum instrue; dein-  
ceps in genua supplex te convolve,  
manus versus coelum expande, ocu-  
los ad benignissimum illum Patrem,  
qui in coelis est, flecte, & quantum  
potes, clama, neque ab hâc clamo-  
re desiste, ut ut à dextris Satanas fren-  
deat, & à sinistris tibi, mundus insul-  
cet.



nt,  
ed  
am  
ora  
er-  
um  
um  
em  
ca-  
&  
fe-  
erò  
lu-  
ab-  
erá  
in-  
e,  
cu-  
um  
no-  
en-  
ful-  
cet.







t  
o  
c  
t  
r  
l  
e  
f  
  
o  
P  
a  
f  
c  
r  
r  
f  
  
P  
r  
v  
i  
r





tet. Sic enim experieris, fidelem tuam  
orationem penetrâsse nubes, referâsse  
coelum, & ad ipsum Deum pervenisse;  
quin videbis, rerum omnium paren-  
tem illum aures suas aperuisse, clamo-  
rem tuum exaudiisse, ac demississe coe-  
litus opem tantoperè desideratam. Et  
enim sentit opem certè, si modò certa  
fides.

ΥΠΟΤΥΠΩΣΙΣ.

Si fidelis homo ingenti crucis mole  
prematuro, paternum Dei amorem ad  
animam revocet sibi, & concepta intra  
se verâ certâque fiducia complicatas ad  
coelum manûs elevet. Sic enim reve-  
rà fiet, ut, quemadmodum ascendit o-  
ratio, fidei alis subvecta; ita etiam de-  
scendat auxilium.

EIKON.

Fides vera & viva est *quasi* canalis;  
per quem DEUS coelestem opem in  
nos derivat; est *velut* manus, quâ di-  
vinum auxilium apprehendimus; est  
*instar* catenae, quâ coelestia solatia ad  
nos pertrahimus; & est *similis* vincu-  
lo



lo arctissimo, quò Deum ipsum quasi  
alligamus nobis.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ.

Cum Regius ille, cujus filius acutâ fe-  
bri corripiebatur, verba Salvatoris no-  
stri, quibus vitam filio decumbenti pol-  
licebatur, summâ certâq; fide adprehen-  
deret, neq; dubitaret, fore, ut quod pro-  
miserat Christus, verissimum esset: Ecce  
impetravit, quae petiit, opemque divi-  
nam cum tripudio sensit. Hunc ergò  
imitemur omnes, quotquot cum cala-  
mitate luctamur. Si enim verâ fide in-  
struamus animum, nihil est, quod pre-  
cando impetrare non possimus.


ΠΑΡΑΒΟΛΗ.

Quemadmodum videmus liberos,  
qui filiali cum observantiâ, verâque  
cordis fiduciâ aliquid à parentibus  
petunt, ilicet ab his exaudiri, votique  
fieri compotes, si modò ex eorum re-  
fuerit, quod petierunt: ad eundem  
planè modum γνήσιοι Dei filii, si verâ  
& sincerâ fide aliquid à coelesti Patre  
petant, quod quidem in eorum rem-  
fue.



afi  
ro  
fe-  
ro-  
ol-  
en-  
ro-  
cce  
vi-  
gò  
la-  
in-  
re-  
os,  
ue  
ous  
que  
re  
m  
erã  
re  
m  
ue.





fu  
p  
f  
tr  
e  
p  
c  
f  
a  
il  
a  
h  
o  
u  
D  
P  
f  
t  
a  
n  
e  
r  
v  
r





fuerit extemplò illud reportant, o-  
pemq; divinam sentiunt.

ΣΥΜΒΟΗ.

Quamquam varia sunt in amplis-  
simò istò rerum naturalium thea-  
trò, quibus cum comparari, adeoq;  
exinde illustrari fides vera certa;  
possit; mihi tamen placet hâc vice  
conferre fidem cum *δυνάμη* ὀρεκτικῆν  
sive illâ animae facultate, quâ cibum  
adpetere solemus. Ut enim *δύναμιν*  
illam anima ipsa non à se habet, sed  
à DEO creatore accipit: Ita nemo  
hominum fidei suae causa est, sed  
omnem eam desuper ab eo accipit,  
undè omne bonum in nos demanat.  
Deinceps, ut facultas illa cibi ad-  
petitiva, est quidem in ipsa anima,  
stomachum tamen velut instrumen-  
tum movet, ut ille, nisi cibum capis-  
at, latrare tandem incipiat; Eòdem  
modò fides vera primariò quidem  
existit in animâ nostrâ, sed ita ta-  
men, ut totum propè corpus mo-  
veat. Jam enim cor movet, ut amo-  
re Dei, ac coelestium bonorum de-

Membr. I.

II.





fideriō exardescat. Jam manus  
mouet, ut illae coelum versus se sub-  
levent. Jam os & linguam movet,  
**III.** implorent. Porro velut δύναμις  
illa ὀρεκτικὴ cibum adpositum &  
conspēctum vehementissimè ad-  
petit, & in os immisum avidissi-  
mè attrahit; ita vera fides promissio-  
nes gratiae in verbō divinō pro-  
positas & adpetit fortissimè, & ad-  
**IV.**prehendit avidissimè. Ac tandem  
ceu δύναμις ὀρεκτικὴ, si rectè se habeat,  
argumento est, hominem, cujus il-  
la est, esse valentem ac sanum; ac  
praeterea cibum adprehensum, ac  
demisum in ventriculum, conco-  
quit, quin in corporis substantiam  
& incrementum transmutat: con-  
simili ratione vera fides eviden-  
tissimum argumentum est, homi-  
nem illum, cujus illa est, spiri-  
rituali morbō non esse correptum,  
sed valentem ac vegetum; & insu-  
per promissiones illas gratiae avi-  
dissimè adprehensas, quasi in suc-  
cum



us  
b-  
et,  
us  
&  
d-  
fi-  
is-  
o-  
d-  
m  
at,  
il-  
ac  
ac  
o-  
m  
n-  
n-  
ni-  
ri-  
n,  
fu-  
vi-  
uc-  
um





cu  
co

du  
im  
eti  
xil  
tit

no  
fec  
ad  
co  
pe  
&  
du  
len  
au

ti  
ce





cum & sanguinem ipsius animae fidelis  
convertit.

ANOMOIΩΣΙΣ.

Nequaquam sanè, quemadmodum  
dubitatio opem & auxilium divinum  
impedit, aut prorsus aliò avertit; ita  
etiam vera certaue fides expers est au-  
xilii divini. Quin potiùs illud & adpe-  
tit, & certò accipit.

ΠΑΡΑΔΙΑΣΤΟΛΗ.

Non vana fidei ja&ctatio, non nuda  
notitia Religionis & fidei Christianae;  
sed viva illa certaue fiducia, quâ homo  
ad se pertinere certò statuit, quae sacer  
codex promittit, est manus illa, quâ o-  
pem & auxilium divinum & arripimus,  
& nobis adplicamus. Et haec ipsa fi-  
ducia, quam vulgò fidem adpellare so-  
lemus, frustra coelum non pulsat, sed  
auxilium aequè ac solatium impetrat.

ΑΝΤΙΜΕΤΑΒΟΛΗ.

Certa fides opem divinam certò sen-  
tit; & vel ideò certò sentit opem, quia  
certa fides est. Etenim-

F 5

Spes



Spes confisa DEO numquam confusa  
recescit:

ANTIΘETON.

Si verum est, quod Jacobus alicubi  
ait, nempe hominem dubitationum  
procellis agitatum, neq; solatium im-  
petrare, neque auxilium; verisimum  
quoq; erit, hominem, cujus pectus cer-  
tâ fide instructum est, & perfundi sua-  
visimô solatiô, & coronari velut divi-  
nô auxiliô.

ΟΕΥΜΩΡΟΝ.

Velut fides, quae est sine fiducia &  
quidem certâ, reverà non est fides, ideo  
que opem & auxilium divinum non im-  
petrat; ita fides, quae veram certamq;  
fiduciam includit, sentit re ipsâ, quod  
petiit & expectavit. Et, etiamsi ore illa  
non clamat, quando ad Deum suspiria  
gemitusq; ablegat.

ΠΑΡΕΚΒΑΣΙΣ.

Verisimum est, quod Poëta Chri-  
stianus ait: Fidem nempe, si modò  
certa sit, opem divinam certò sentire,  
Sed verò dissimulandum hîc nullate-  
nus



fa

bi

m

n-

m

er-

la-

vi-

&

co;

m-

q;

od

lla

ria

mel

us

ri-

dò

re,

re-

us





*[Faint, illegible text on a blank manuscript page]*

nu  
ra  
fo  
m  
ja  
fi  
ta  
gr  
  
cr  
ex  
do  
re  
ta  
  
pi  
sp  
na  
di  
ru  
&  
t  
v





nus videtur, paucissimos esse, qui veram certamq; fidem intra praecordia, foveant; amplissimam verò eorum messem, qui, quamquam multa de fide jactent, nihil tamen verae certaeque fidei habeant. (Atque hinc licet taxare hypocritas, quod ipsum est digressio.)

ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

Sed videor fortassè taxando hypocritas, limites excessisse, atque evagari extra oleas. Idcirco missis istis Pseudo-Christianis ad propositum meum redeo, & de effectibus fructibusq; certae fidei disserere jam pergo.

ΕΠΙΦΩΝΗΜΑ.

In Evangelicâ isthâc pericope limpidissimum nobis oculos ponitur, speculum, in quò repraesentatur verae naturae fidei, quae à Deo per verbum divinum in nobis excitatur, sed plerumque primò infirma admodum est, & cum dubitationum procellis luctatur: Deinceps verò ex eodem DEI verbo nova incrementa capit, atque



ita roboratur, ut nihil dubitet, sed omnia quae promisit Deus, & speret, & simul impetret. Etenim.  
Sentit opem certè, sit modò certa fides.

ΑΥΞΗΣΙΣ.

Si fides nullatenus vacillat, aut ambigat, opem certo sentiet, quin quasi manibus quoq; palpabit.

II.

Si fides nostra velut clavò trabali adfixa verbo Dei haereat, non opem dumtaxat divinam, sed Deum ipsum etiam praesentem sentiet.

ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΣ.

Si fides certa sit, opem certò animadvertet, & intelliget.

ΠΑΡΑΛΕΙΨΙΣ.

Nihil jam monebo, quod fides egregium maxumè DEI donum sit; neque quicquam dicam, quod per eandem DEI gratiam, & omnium peccatorum remissionem impetremus, multò minùs operose persequar, quòd illà ipsà perfectissimam CHRISTI iustitiam adprehendamus; Hoc unum, saltem urgebo; quòd fides nostra, si  
cer.



o-  
&  
es.  
m-  
afi  
ad-  
m-  
am  
ad-  
e-  
ne-  
m-  
ec-  
is,  
töd  
ju-  
m,  
, si  
cer.



*[Faint, illegible text in a Gothic script, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

cer  
om  
fen  
L  
cun  
fe ;  
per  
ver  
fen  
nu  
dia  
dò  
cer  
pig  
tier  
per  
cu  
pre  
mu  
tu  
ra





certa fuerit, divinam opem in omnibus  
omninò calamitatibus & adsequatur &  
sentiatur.

### INCREMENTUM.

Dulce est auditu fidem veram de pre-  
cum nostrarum exauditione certam es-  
se ; sed longè dulcius, illam divinam o-  
pem quasi praesentem habere ; omnium  
verò dulcissimum, eandem fidem etiam  
sentire, & quasi manibus palpare divi-  
num auxilium.

### ΠΕΡΙΦΡΑΣΙΣ.

Fiducia illa, quam in Dei misericor-  
diam & bonitatem concipimus, si mo-  
dò dubitationum procellis non agitur,  
certissimum divini amoris obsidem &  
pignus, nimirum divinam opem, sen-  
tiet, & certò quidem certius,

### ΕΚΦΩΝΗΣΙΣ.

Audite me, audite, inquam, & a-  
pertis quidem auribus audite, qui-  
cunque haecenus variis calamitatibus  
pressi tantum non despondistis ani-  
mum ! Ecce, hic vobis coelum resera-  
tum : Ecce, verae certaeque fidei natu-  
ra nobis delineatur ! Ecquid igitur  
mo-



moras ne sitis? Quin fidem concipite,  
& ad Deum hilares accurrite, Hoc enim  
spondeo vobis, fidem vestram, si certa  
modò fuerit, nihil non impetraturam  
fore. Petite proinde & dabitur vobis,  
quaerite, & opem invenietis, & pulsate,  
atq; sic ipsum Dei cor aperietur vobis.  
Inde quaecunq; necessaria sunt, in vos-  
met ipsos demanabunt.

ΑΠΟΡΙΑ.

Certè, si vera certa; fides divinam  
opem certò non sentiet, prorsus ignoro,  
ecquid sit illud, quòve nomine veniat,  
quod opem divinam certò sentiat.

ΕΠΙΛΟΓΗΣΙΣ.


Quòd fides nonnullorum, si modò  
fides nominanda est, ac non potius  
vana fidei persuasio, aut larva inanis,  
auxilium divinum non senserit, id  
fraudi nobis esse nequaquam potest:  
quippe qui, quando statuimus & asse-  
veramus, fidem divinam opem sen-  
tire, non de quavis fide loquimur,  
multo minus de vanâ fidei persuasio-  
ne



e,  
m  
ta  
m  
s,  
e,  
is.  
s-  
m  
o,  
t,  
ò  
s  
,  
d  
:  
-  
-  
,  
-  
e







no  
a  
o  
m  
fe  
m  
fi  
ka  
d  
d  
fi  
B  
h  
in  
p  
S  
c  
q  
c





ne, sed de eâ saltem fide, quae vera est  
atque certa.

ΑΠΟΣΙΩΠΗΣΙΣ.

Sunt equidem non pauci, qui mihi  
opponunt, se fidem habuisse, nec ta-  
men sensisse opem. At verò hoc ego?  
sed ne quid habeant, quod obtendant  
mihi in posterum, scire eos jubeo, non  
fidem quamcunq;, sed certam dunta-  
xat divinam opem impetrare.

SERMOCINATIO.

Iis, qui credere nolunt certam fi-  
dem divinam opem certò sentire, sua-  
deo, ut Poëtam nobilissimum, & piis-  
simum Jurisconsultum, Joachimum  
Beustium accedant, & ab eodem, quid  
hâc de re sentiat, quaerant. Quid vero  
interrogatus ille respondebit aliud,  
praeter quam hoc ipsum:  
Sensit opem certè, si modo certa fides.

ΠΡΟΣΩΠΟΠΟΙΑ.

Venerabilem Scripturae Θεοπνεύστου  
codicem consulitote, expendentes,  
quaenam sit verae certaeque fidei effi-  
cacia. Hic v. ita videtur vos allo-  
qui:



qui. O miseri mortales, an adeò hospites estis in amoenisissimis viridariis meis, ut numquam hætenus legeritis, fidem certam numquam fuisse frustraneam, sed petitam opem semper impetrâsse? Ob oculos vobis pono Abrahamum, Josephum, populi Israëlitici præfectum ac Ducem, Mosen, Davidem, & ut paucis me absolvam, fideles omnes. An quisquam horum ex verâ fide preces coelo ablegavit, & tamen opem nullam impetravit? Evolvite singulas meas pagellas, & videbitis, fidem certam nihil non impetrare.

## II.

Placet hæc vice sistere vobis Regium illum, cujus apud Johannem fit mentio. Ille verò, ut videtur mihi, ita vos alloquetur: In me intuentes, ô mortales mei, discite ex verâ fide precari, atque certò scitote, fidem vestram, si certa fuerit, divinam opem certò sentire. Etenim simul ac per fidem veram adprehendebam verba C H R I S T I, dicentis mihi: Filius tuus vivit: sentiebam unâ opem divinam; atq;



o-  
iis  
is,  
a-  
n-  
A-  
ti-  
vi-  
es  
fi-  
o-  
n-  
m  
i-  
ta  
r-  
i,  
,  
l-  
e-  
l-  
i-  
i  
;



at  
in  
vi  
fa

m  
pa  
fir  
qu  
di  
ne  
D  
fu  
bi  
ut  
op

ce

st  
tò





atque domum reversus, filium, quem  
in agone constitutum reliqueram, &  
vivum inveniebam & vegetum atque  
sanum.

III.

Provoco ad iudicium omnium o-  
mninò fidelium, quibuscunq; mundi  
partibus illi vivant. Hi sanè omnes ac  
singuli vos ita videntur allocuturi: ec-  
quid dubitatis mortales, num certa fides  
divinam opem certò sentiat? Profectò  
nemo nostrum umquam verâ fide ad  
Deum clamavit, qui exauditus non  
fuerit. Quid cesatis itaque? quid du-  
bitatis amplius? credite. Sic enim fiet,  
ut reipsâ deprehendatis, fidem certam  
opem certò sentire.

ΕΡΩΤΗΜΑ.

Annon verum est, quòd certa fides  
certò opem sentiat?

II.

An quisquam verâ certâque fide in-  
structus unquam exstitit, qui opem cer-  
tò non senserit?

ΑΠΟΣΤΡΟΦΗ.

Te, Regie, Te, Centurio, utrum-  
que



que Capernaumi incolam obtestor, & quaero, utrum non re ipsa experti fueritis fidem vestram, quia vera certa; fuit, opem divinam impetrâsse? Etenim, Tu, Regie, filio; Tu verò, Centurio, servo sanitatem impetrâsti.

## II.

Ad Te, vera certa; fides provoco, & ex te quaero, num in ullo aliquo homine fueris frustranea? Certè si loqui posses, sanctè adseverares, te numquam non divinam opem impetrâsse.

## ΜΕΤΑΒΑΣΙΣ.

Hactenùs multa satis de fidei certae naturâ formâq; diximus, restat, ut pauca quaedam de ejusdem effectu fructuve subjiciamus, qui in eò potissimum consistit, quòd illa non spiritualia solum, sed corporalia etiam, si quidem profint, bona ac dona impetret; atque ita divinam opem certò sentiat.

## ΑΠΟΔΙΩΞΙΣ.

Possem equidem hoc locò agere de verâ verae fidei naturâ ac formâ; sed  
re-



&  
ri-  
it,  
u,  
vo

co,  
no-  
qui  
am

tae  
au-  
tu-  
am  
fo-  
n-  
que

de  
fed  
re-





reji  
ac  
qu  
ce  
tra

de  
fer  
us



rejiciam hanc materiam in alium locum  
ac tempus, & hoc unum jam monebo,  
quod fructum vivae illius fidei con-  
cernit, qui est, divinam opem & impe-  
trare & sentire.

### REVOCATIO.

Quid vero opus est, prolixius vobis  
demonstrare, fidem certam certò opem  
sentire? Credo enim ea, quae dicta huc  
usq; fuere, abundè sufficere. Sin vero  
cui non videantur sufficere, ei aliò  
tempore vel occasione, ut fatis  
fiat, studebo.

**F I N I S.**





AD LECTOREM.

**H**Abes hic, LECTOR BENEVOLE,  
 praxin & usum Figurarum Rhetori-  
 carum exemplo aliquo illustratum.  
 Scire autem TE velim, non omnia verba,  
 quae sub hac vel illâ Figura leguntur, ad  
 SOLAM illam, sed quaedam ad alias etiam  
 Figuras esse referenda. Quod contra na-  
 sutulum quemdam hic monendum duxi,  
 qui ut auctoritatem nostram convelleret,  
 & sibi aliquam transmarinae cujusdam  
 eruditionis existimationem conciliaret,  
 quaedam verba sub hac illâve Figura posi-  
 ta excerpisse, iisdem alius cujusdam Figu-  
 rae definitionem adplicuisse, atq; ita pro-  
 bare voluisse dicitur, quam malè verba il-  
 la exempli loco subiecta fuerint, Similimus  
 hic sciolus illius videtur, qui, quum car-  
 pere Melanchthonem vellet, urgebat, pes-  
 sumè ad Regulam Syntacticam: Adjecti-  
 vum & Substantivum eodem genere  
 &c. positum esse: Amicus certus in re in-  
 certa cernitur: Quum omnes videant,  
 quòd verba: amicus cernitur, referri de-  
 beant ad Regulam: Nominativus prae-  
 ce.



LE,  
ri-  
m.  
ba,  
ad  
am  
na-  
xi,  
et,  
m  
et,  
psi-  
gh-  
ro-  
sil-  
nus  
ar-  
es-  
ti-  
e  
in-  
nt,  
de-  
ae-  
ce.





ced  
ille  
plu  
si n  
pen  
V  
Sub  
cie  
po  
ru  
sim  
mi  
ru  
app  
ran  
sub  
qu  
Sec  
On  
do  
mo  
lic  
Pe  
ca  
ne  
ve



cedit &c. Scire scilicet Aristarchus  
ille debebat, nihil esse frequentius, quàm  
plurium Figurarum in una periodo qua-  
si mixturam & concursum. Porro ex-  
pendas quaeso, **LECTOR BENE-**  
**VOLE**, quod Rhetores terminos istos:  
Subjectum, Adjunctum, Genus, Spe-  
cies &c. Non adeò strictè in doctrinâ Tro-  
porum accipiant, sed significationem eo-  
rundem extendant paulò latius. Iniquis-  
simus itaque in me, immò in Celeberrim-  
um Vossium fuit, qui ex pag. 43. ho-  
rum Elementorum prolixo verborum  
apparatu suis demonstrare voluit, perpe-  
ram ad Synedochem generis exempli vice  
subjectum esse quadrupes pro equo,  
quùm Tò quadrupes non sit genus equi.  
Sed lectum admisi risum teneatis amici.  
Omnes Rhetores agnoscunt, quan-  
do Apostolus ponitur pro Paulo, vel ho-  
mo pro Petro, esse Synedochem generis,  
licet neque Apostolus, Pauli, neque homo  
Petri genus sit. Sufficit enim signifi-  
cationem apostoli & hominis esse ge-  
neraliorem vel latiore, quàm Pauli  
vel Petri. Tandem non diffitemur, quae-  
dam



dam exempla hujus praxios videri quodammodo coacta. Sed quæ fieri aliter potuit? Non sanè omnis materia vel propositio eadem facilitate exornari vel amplificari per omnes omnino Figuras potest: quum hæc Figura huic materiae multò sit convenientior. At hic UNA propositio per omnes Figuras ducenda fuit. Veniam itaq; dabis, B. L. & monstrabis TULLIS, quæ verba in exemplo ad Figuram in frontispicio positam quadrent. Reliqua verò, quæ vel connexionis, vel sensus complendi gratiâ inserta vides, præteribis, omnia in meliorem partem interpretaturus. Vale, & piis conatibus fave.






110-  
120-  
si-  
si-  
R:  
liò  
tio  
am  
S,  
n  
ua  
sus  
ri  
-


















Jupiter Olympig.

in insul. Rodō.

Pyramis et simulacra Jovis, solisq; colossis.

Mausolium Ephesi templum murisq; Pharosq;.

sc. Babiloni, turris aegipt.

Summa ope nitore ut parentum expectatione responde

es.

Forma bonum fragile e' quandumq; vixit ad omni;

Fid minor et spatio carpitur ipsa suo. Virgil:

εὐχρονάλια. turpis quibus.

ULB Halle


3

006 691 870



7









GERH. JOH. F. VOSSII.  
**ELEMENTA  
RETHORICA,**

*Jam plurimum aucta, atq; in Libros, Ca-  
pita, & Paragraphos distributa,  
operâ.*

M. JOH. SEBASTIANI Mitternachts/  
ILLUSTRIS RUTHENI, QVOD GE-  
RAE EST RECTORIS,

Qui praeter ea, quae inseruit passim,  
integram doctrinam de AFFECTIBUS  
movendis & sedandis, itemq; de INVEN-  
TIONE & Pertractatione thematum  
SPECIALI, ex Partit. & Institut.

VOSSIANIS adjecit,  
*Vt jam non ELEMENTA solum, sed  
pleniora etiam facultatis amplissimae  
praecepta videri possint.*

Cum Privileg. Elect. ac Duc. Saxon.  
EDITIO QUINTA.  
*multisque in locis auctior.*

---

Impensis MARTINI MÜLLERI,  
Bibliop. Naumburg.  
MARTISBURGI  
Typis, CASPARI FORBERGERI,  
ANNO M. DC. LXXXI.